# DE COGNITV DIFFICILIBVS

In Praxi ex libris Auenzoaris

PER SENTENTIAS DILVCIDATAS

AVCTORE

IOANNE COLLE BELLVNENSI

E Nobili Domo Sancti Bartholomæi de Colle Salcis


*SERENISS. VRBINI DVCIS PROTOMEDICO*

Nunc in celeberrimo Patauino Gymnasio Practicæ Medicinæ professore Primario,

AD AMPLISSIMOS, ET ILLVSTRISS. TRIVMVIROS Academiæ Patauinæ Præfectos.

*SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.*






VENETIIS, M. DC. XXVIII.

Apud Euangelistam Deuchinum.

# SENTENTIÆ DILVCIDATÆ EX PROOEMIO AVENZOARIS.



*Vmmopere admiratus sum, viros clarissimos in Auenzoarem Medicum peritissimum, & doctissimum inter Arabes inuehi, attestarique ipsum nullo ordine, nullaque methodo scripsisse, & potius sola experientia; primo inchoare suos libros à tuenda sanitate ignota; deinde plura locasse confuso ordine, Chirurgica, Pharmaceutica, & dietetica, & tanquam vera, multa absque rationibus docere; at si altius speculari, & expendere pro veritate licet singula huius clarissimi Medici dicta, facile aduersarij sententiam mutabunt; præsertim, cum Celsus dicat,* si quis Elinguis vsu discreta benè norit, hunc aliquanto maiorem medicum futurum, quam sine vsu linguam suam excoluerit. *Nunc medicis verba supersunt; sed deest medendi scientia; morbi quidem non loquacitate, & garrulitate, sed remedijs curantur. Merito Auenzoar cum in his libris non physiologiam medicam pertractet, sed pathologiam præseruatiuam, & curatiuam, prius sanitatem considerat, & tuetur præsentem (cum nobilius, vtiliusque sit custodire similibus, quam lapsam resarcire contrarijs) immo Celsus loco citato ait,* vt difficillima, sic etiam clarissima est ea pars quæ morbis medetur: *in enumerandis auxiliorum materijs Indicationes primo curatiuas, præseruatiuas, & vitales elicit, secundo medicamenta, & tertio Chirurgiã ordinauit; modo promiscuè ratione temporis agendorum; Vt plurimum autem dietam præposuit, secundo vniuersalem*

Calumniæ in Auenzoarem.

Rationes pro Auenzoare.

Celsus libr. 1. in procemio.

Pathologia duplex præseruatiua & curatiua.

Lib. 1. in procemio

Dubitatio.

Solutio.

Ordo in methodo medendi.

De indicationibus tribus.

Comp. med. quæ.

De extractis.

Quę Meth. Meden di sit, & circa quę.

Obseruanda in praxi & visitatione.

Partes integrãtes medicinæ sunt quinque.

*purgationem, & tertio localem. ordines quidem inter Chirurgias, pharmaceuticas, & dietęticas materias ad placitum sunt; necessitate tamen agendorum, & urgentium, aliquando una materia auxilij præponitur alteri. Has omnes tutas, Iucundas, & citas præscribit, indicatas à rebus præter naturam, morbo, causis, & symptomate, vel à viribus, & rebus naturalibus, uniuersalibus, & particularibus; præter hæc obiter docet summo cum ordine, & methodo compositionem medicamentorum, & sępe extracta medicinalia, & cibalia, quorum inuenta recentiores nostri usurpant: breuitatem huius Viri, experientiam, doctrinam rationalem, medicamenta selecta, & tuta admirari licet, pluraque experimenta: nam 80. annis longam medicinam fecit. Patrem, & Auum Medicum habuit, à quibus plura colligere, & discere potuit. His de causis medicinæ studiosos hortor, etiam atque etiam rogo, vt Auenzoarem magni faciant, & præ manibus habeant, & frequenter lectitent: nam summa cum ægrorum utilitate medicæ artis gloriæ incumbent. Nos vero pro viribus varias ab eo sententias, quæ obscuriores videntur, & sine probatione, lucidiores conabimur reddere, causasque explanare, indicantia tria, indicata, & materias eorum, rectamque administrationem, quantitatem, qualitatem, locum, & tempus perscrutabimur, vt sciant medici nihil ab hoc peritissimo Viro præscriptum, nisi præsente indicante, & absente prohibente, suadenteque virtute seu significata sæpe ab ætate, sexu, temperie, & habitu corporis, consuetudine, Aere, Regione, & anni tempore; documentaque accipiant Practici, & memoriæ mandent Physiologiam medicam, Pathologiam, symioticam, Præseruatiuam, & Curatiuam, vniuersalem, & particularem, & in uisitatione ægrorum, & consultationibus, perpetuoque hæc capita ante oculos habeant res naturales hominis sanandi, vel præseruandi, secundo non naturales, & tertio*

præ-

*præter naturam causas, morbos, & symptomata quarto Indicationes curatiuas præseruatiuas, atque uitales, quinto præsagia, sexto tandem materias præsidiorum Chirurgicas, Pharmaceuticas, atque Diætæticas, earumq; rectum usum, quando, quomodo, quantum, & locum.*

## EX PROOEMIO PRIMI LIBBRI prima sententia Auenzoaris dilucidata.

### *De stillicidio aquæ tepidæ in caput.*



VR prohibet Medicos destillare, seù spargere aquam tepidam propriè super caput, immo iubet calidam, quantum potest substinere? Prima sententia.

Primo de tuenda.

*Hæc Auenz. sententia videtur aduersari Galeno, qui statuit temperiem uniuersi corporis, & capitis æqualibus, & similibus esse conseruandam, pueros molli habitu præditos, & calore suaui, tepidouè, & omnibus humidis, & calidis gaudere.* Dilucidatio destillicidio aquæ tepidæ in caput.

## *DILVCIDATIO PRIMA.*

*Respondetur. An quia tepida respectu capitis, & cerebri, quod est membrum frigidum, & humidum, excrementis scatens, mouet humores, & allicit? An magis humectat, quàm decet, & magis replet? calida verò exiccat, abstergit, absumitque superuacanea, & extra reuellit dissipando?* Dilucidatio 1. Secundo.

*Celsus inquit* capiti nihil æquè prodesse, atque aquam frigidam, *loquitur de infirmo capite per æstatem æstuante, sed ne attingat reliquas partes dorsi spinæ.* Celsus lib. 1. c. 4. Conciliatio.

## SECVNDA SENTENTIA dubia Auenz. dilucidata.

### *De pane calido, vel frigido.*

Secunda sententia de vsu panis calidi, vel frigidi dilucidata lib. 2.



Vr panem benè fermentatum conuenienter, & optimè malaxatum, & coctum eodē die post recessum tamen caliditatis aquisitæ ab igne iuuat sanitatis cōseruationem, parum verò frigidum post diem vnum comedere, ità & calidum nocere?

c. 23. 27. & 29. Dilucidatio 2.

*Respondetur ex Celso*, panem fermentatum citius in stomacho corrūpi, quam azimū. *sale. enim & agitatione, & fermento subactus, & attenuatus crassitiem, & lentorem amisit, facilius à calore stomachi elaboratur, & in chilum vertitur: nam deperdito calore igneo, & extraneo, magis est similis humanæ complexioni, faciliusque eam conseruat, & succos, & spiritus moderatos gignit; vetustus verò dissipato calore, & humiditate substantiali massæ fermentatæ subactæ, & salitæ crassior, et terrestrior euadit, & crassos, viscidosque succos parit, tardeque concoquitur, & permeat, calidus calore igneo spiritus, & sanguinem dissipat. Celsus dicit*, ex tritico firmissima similago, & simila est; fit panis secundo, cui nihil ademptum est ex tota farina, tertio infirmior ex farina cum furfure *sincomistus dictus: quarto* ex polline īfirmissimus *vulgo volatili. quinto panis est probi nutrimenti, at pauci, & exigui, ex siligine videlicet ex flore farinæ infirmus: sexto ex furfure infirmissimus, sordidus, putris, deiectorius, & canibus accommodatus. Hi omnes sunt panes, & eorum facultates & pauca vel multa, firma vel infirma alimenta in sex classes diuisa, ex Celsi, & Galeni dictis.*

Primo.

Secundo.

Sex speties panis.

TER-

## TERTIA SENTENTIA dilucidata.

### *De carne recenti, & vetusta, & vsu.*



Vr comedere carnem recẽtem statim post eius necationem, sit valdè bonum?

*Hæc doctrina desumpta est à Galeno & ab Hippocrate, caro recens enecata calore et humore radicali copiosiore abundat, quam vetusta, & diù adseruata neque extraneas alterationes est passa, quæ substantiam immutant, ita oua sorbilia non nata, aut recentia magis nutriunt quàm vetusta.*

Tertia lucidata. De vsu, & alimento carnis recentis, & vetustæ.

Q. cur oua sorbilia & caro recens & cruda comesta magis nutriant.

## QVARTA SENTENTIA DILVCIDATA.

### *De carnibus duris, & vsu alimentoque.*



VR dicit, quæ ex animalibus habentibus duras carnes, veluti sunt Turtures, Grues, Anates syluestres, & similia, comedi post necationes ipsarum duodecim horis in hyeme, æstate verò septem horis?

Quarta de vsu carnis duræ, & alimento eius.

*An hæ carnes suaptè natura duræ frigiditate, siccitate, & repletione succorum, & copia friabiles euadunt spatio temporis? Friabilitas quidem est aptitudo sectionis in minutas partes, quæ uerò sicciora fiunt, friabiliora redduntur, dum istæ carnes perdurant duodecim horis hyeme, & septem æstate, earum humiditas exiccatur, & exhalat, quæ lentorem, & visciditatem, & continuationem partium conseruabat, immò alius calor præter naturam, & præuius ad putredinem exurgit, qui hyeme per antiperistasim intro arrectus lentorem illum absumendo*

Dilucidatio 4.

Friabilitas quid.

Quot modis carnes fiant friabiles.

*mendo friabilitatem discontinuantem parit : Hyeme verò ob siccitatem, & frigiditatem aeris diutius perdurant imputribilia : horæ duodecim desiderantur : At æstate, quia facilius alienus calor accenditur, & natiuus marcore corrumpitur (is aut contrariò, aut marcore simili destruitur) septem horæ sufficiunt : Auenz. dicit se nolle declarare causas horum effectuum, ne sermo prolungetur: verũ sicuti duodecim, & septẽ horæ in Hispania in qua degebat Auenzoar sufficere valent, ita in regionibus temperatis, & frigidis locis tres, & quatuor dies, & amplius expetuntur : Modi verò friabiliores carnes reddendi multi, & varij experiuntur. Alij lentè assant pedes auium viuarum. Alij mortuas fumo suspendunt, Alij in lebete ponunt aue lanas, nuces, hydiargyrum. Alij suffocatas statim inuoluunt pannis. Alij in aquam frigidam pluries immergunt. Alij eas auferunt à vase bulliente, & in aquam frigidam sæpè reponunt : Alij addunt, & suspendunt ligno ficulneo. Qui omnes modi vi exiccandi pollent, vel augendi per se, vel per accidens calorem absumentem visciditatem, et lentorem; profectò* quò maius est animal, & grandius, eò robustior ex eo cibus (*Celsi testimonio.*) Inter domesticas verò quadrupedes leuissima suilla est: grauissima bubula; *an leuissima; quia facilius concoquatur ob similitudinem temperaturæ humanæ, quam bubula? an quia minus alimenti dissipabilis præbeat, quam bubula terrestris, & crassa?* plus alimenti est in carne, quam in alia re. Valentissimum verò, in quo plurimum alimenti est, veluti quod ex frumento, adipe, melle & caseo constat. Valentior ea auis, quæ pedibus, quam quæ volatu magis nititur, & ex his quæ volatu fidunt, firmiores sunt, quæ grandiores aues, quam quæ minutæ, vt ficedula, turdus : atq; eæ quoque, quæ in aqua degunt leuiorem cibum præstant, quam quæ natando scientiam non habent. Neque

verò

Cur hyeme 12. horis, æstatè septem.

Conciliatio.

Ratione regionis.

Quot modis friabiles carnes reddãtur

Lib. 2. cap. 17.

Dubitatio.
Solutio de carne suilla ex Celso.

Quid sit valentissimum alimentum.
Natura & species animalium, uita, mos consideratur.
Primo.

verò in generibus rerum tantummodo discrimen; sed etiam in ipsis, quod ætate fit, & membro, & solo, & cælo, & habitu, nam quadruplex animal omne; si lactans est, minus alimenti præstat, immò quo tenuior pullus cohortalis, est leuior: piscis inter saxatilia, quam in arena, leuior in arena, quam in limo: quo fit vt ex stagno, vel lacu, vel flumine eadem genera grauiora sint. Leuior, qui in alto, quam qui in vado vixit. Omne etiã ferum animal domestico leuius, & quodcunque humido cęlo, quam quod sicco natum est, & deinde eadem omnia pinguia, quam macra, recentia, quam salsa, noua, quàm vetusta plus alimenti habent; tum res eadem magis alit iurulenta, quàm assa, magis assa, quam frixa. *An quia eadem res elixa, & iurulenta facilius concoquitur, et citius distribuitur per vniuersum, cum omni humido substantifico. Assa verò licet intrinsecè humidior, & substantificè, plurima eius pars sicca existat, & terrestris inutilis nutritioni, & distributioni: eò magis frixa, vt siccior, & adustior: dicit Celsus (*ferè*) quoniam vt plurimum, sed non semper vera est propositio, vt quo valentior quaeque materia est, eo minus facilè concoquatur; sed si concocta est, plus alat. Itaque vtendi materiæ pro viribus modusq; omnibus pro genere sumendus imbecillis hominibus rebus infirmissimis opus est: mediocriter firmi mediam materiam optimè sustinent, & robustis apta validissima est. plus deinde assumere ex leuioribus potest, magis in his quæ valentissima sunt temperare sibi debet. Hæc Celsus vtilissima documenta Practicis, et Auenz. in hoc Proemio manifestat.*

Secundo ætas animalium.
Quot modis differant carnes, & alimenta.

De assis & elixis.
Dubitatio.
Solutio.

Quo valentior est materia cibi, difficilius concoquitur.

## QVINTA SENTENTIA.

### *De ſtipticis, & eorum facultate.*



CVr omnia habentia fortem ſtipticitatem, ſicuti ſunt pontica, naturaliter ſunt ſicca, craſſa, dura, terreſtria? dolorem ſtomachi generãtia? quamuis in eis virtus aliqua confortandi ſtomachum reperiatur?

Dilucidatio 5. De ſtipticis eorumque viribus.

*Falſa videtur hæc ſententia Auenz. quia licet ſicca ſint, tenuiorem, non craſſiorem ſuccum obtinent, & cocta ſunt perfecta, & craſſiora* (coctio enim fit per incraſſationem.) *deinde in ſtomachis calidis, & æſtate ex Galeno, & ipſomet Auenz. conueniunt: laudat enim ſuccum limoncellorum, Agreſtæ, &c.*

## *DILVCIDATIO QVINTA.*

Quinta. Dilucidatio De ſtipticis poſitiuis: duo ſunt pontica matura, & immatura.

*An dicendum, de ponticis dupliciter loqui? primo de his, quæ natura maturitate confecta, manent tamen ſemper pontica, vel ſecundo de põticis immaturis ante tempus ſtatutum: ita de acidis etiam ſentiendum eſt: pontica quidem natura obtinent ſanè ſubſtantiam ſiccam, & ſuccum exiccantem, & craſſum incraſſantemque: pontica verò immatura, ſicuti uua, poma, pira, ficus ante tempus ſuæ maturationis habent profecto tenuem ſuccum inconcoctum, neque rectè permixtum cum Terreo: et ſi exprimantur, ſuccus iſte oculis cernitur tenuior, ac poſt maturationem; tunc enim à calore naturali, & proprio eſt facta vnio humidi cum ſicco, craſis, maturatio, & perfectio: Quapropter iure dicit; nocent hæc, quia ſunt nimis excedentia tenorem naturalem ſtomachi, & ſermonem*

Conciliatio.

*habet*

*habes de stomachis naturaliter se habentibus in methodo tuendæ sanitatis, non quidem medendi. Verum temperata ponticitas moderatè astringit, & stomachum roborat, vti rosæ; stiptica autem valida si coquantur coctione substantia illorum crassa, & terrestris calore attenuatur, & stipticitas imminuitur, quæ porrò in substantia terrea, & crassa à prædominio residet, & hoc pacto minus nocent stomacho: Celsus libro 2. cap. 24. inquit,* stomacho idonea, aptissimaq; sunt austera, acida contacta sale; *sicuti* aliena, & inepta, tepida iurulenta, præ dulcia, pinguia, vua recens, ficus viridis, & arida, legumina omnia.

Stiptica duplicia moderata, & valida.

Celsus li. 2. c. 23. 24.

## SEXTA SENTENTIA DILVCIDATA.

### *De flatulentia fabarum, &c.*

CVr fabæ licet decoquantur, non deponant flatulentiam, & nocumentum stomachi?

### *DILVCIDATIO SEXTA.*

*Calor quidem igneus valet flatus absumere, terream substantiam attenuare, & aeream reddere, homogeneamque facere; sed fortasse quia flatulentia est natiua fabis, & de essentia substantiæ ipsarum; non autem aduentitia, nequit calore dissipari? nam perseuerante temperamento, & essentia fabarum semper remanet flatulentia. Accidentia quidem propria difficile separantur: dummodo perduret temperamētum, minuitur tamen flatulentia illa coctione. Unde monendi sunt illi, qui ignorant calidum innatum esse calidum temperamenti, & de essentia partis in puriori, tenuiori, & subtiliori, & pingui humiditate potissimum commorante, & per totam ipsam*

Dilucidatio sexta. De flatulentia fabarum, & viribus.

Flatulētia duplex vna natiua, altera adsititia,

*ſam partem eſſentialiter diffuſa, quàm veritatem vbique perſpicuam manifeſtauit Gal. & Ariſt. & Hipp. vti diffusè dixi-mus in primo coſmitore cap. de calido innato, & Gal. teſtatur inquiens*, cibi licet concoquantur, & in ſanguinẽ exactè tranſmutentur, ſi craſsi non attenuantur; ſi tenues, non incraſſantur; ſed id alimentum, & ſanguinem præſtant, ac ex ſui natura, & ſubſtantia. *his de cauſis conſeruatur in fabis flatulentia illa, ſanguis talis gignitur, & alimentum: eoque magis; fabarum enim viſcida & tenax ſubſtancia eſt.*

1. Aphor. 14. Lib. aduerſus Lycũ Li. de alim. facult.

## SEPTIMA SENTENTIA dilucidata.

### *De proprietate Aſini, & uiſione.*

Dilucidatio 7. De Aſini proprietate.



CVr proſpicere firmiter, & acutè in oculos Aſini ſylueſtris conſeruat viſum, & confert deſcenſui aquæ ad oculos? & in hoc eſt proprietas mirabilis, & diuina, data ad conſeruationem oculorum, & ſic eſt ſine dubio?

### *DILVCIDATIO SEPTIMA.*

7. Dilucidatio de proprietatibus rerum, Aſini & multorum animalium, plantarum mixtorumque. Proprietas occulta duplex vna qualitatiua altera ſubſtantialis.

*Arabes medici ſæpe hæc arcana atteſtantur, quæ non ratione, ſed experientia ſolummodo comprobata apparent: atque ignorantes naturalium effectuum cauſas, ad hæc confugiunt, quæ arcana nihil aliud ſunt, quam vltimi concentus temperamenti, & qualitatum elementorum inter ſe refractarum, & ſingulares formalitates formarum ſubſtantialium, tanquam naturales Magi. Hanc magiam naturalem agnouerunt, quæ profecto vera eſt, & omniquaque laudabilis,*

*bilis, desiderabilis, & diuina; non quia sit à Deo propriè, & immediate tanquam miraculosa (omnia enim à Deo pendent,) sed potius natura appellanda est, quæ diuinitatis quid sapit; dum occultum, admirabile, & nouum vulgo manifestat, & à sensibus remota: & fere perscrutatur supra rationem vulgarem intus rimando inexplicabiles qualitatum vltimos gradus, & mansiones, & experientia obseuatas formalitates formarum: Non mirum igitur, si ab oculis Asinorum syluestrium hæ proprietates emanant: primo adest similitudo inter oculum, & oculum, & facilius simile à simili conseruatur, deinde syluester Asinus est animal frigidum, & siccum: effectus igitur frigidos facile producere potest, et omnis actio per contactum, & firmum tempore, loco, & distantia proportionata fieri debet, & subiectum aptum pati, oculus quidem humanus tanquam infirmus, at minoris virtutis naturaliter est idoneus magis ad patiendum ab oculo Asini, qui ualidiori temperie, frigidiori, & sicciori fruitur; firmiter, & acute prospiciat homo oculos Asini syluestris, vt contactus validior, & diuturnior euadat, & tunc ab oculis radij, & vapores frigidi & sicci (porosi oculi, & venulis præditi sunt teste Arist. & facile inficiuntur) (homo, & Asinus recta visione inspicere debet,) effluunt, qui similitudine oculos hominis petunt, refrigerant, exiccant, & depurant frigiditate, & siccitate spiritus visorios, & humores oculi, demum arcent vapores tetros, oculorum puritatem infestantes, et his de causis descensum aquæ prohibent: dum enim pori adstringuntur, densiores, & spissiores fiunt, humor nequit permeare, nec aquæ descensus ad oculos ruere. A manifestis igitur causis, manifesti etiam oriũtur effectus; si nolumus à forma mixti oculi asinorum determinata emanare; quarum actiones distinctæ ab actionibus qualitatibus, & à temperamento conspicuæ apparent: alia actio est animæ; alia*

Duplex proprietas, vna formæ substantialis, altera temperamenti natiui.

Asinus syluester quomodo vtilis sit oculis humanis.

Not. Firmiter & acute prospicere.

Q. quõ actiones qualitatũ distinguantur ab actionibus formarum.

*alia temperamenti; mores quidem animi sequuntur temperamentum, quod diuersum est à formalitate ipsius animæ: medici verò, qui ægritudinem, & sanitatem in prædicamento qualitatis agnoscunt, etiam eius subiectum alterabile profitentur, de quibus in Cosmitore, & in praxi de malignis. ideo hæc breuiter dixisse sufficiant.*

## OCTAVA SENTENTIA dilucidata.

### *De auro, ærequè, ferro.*

8 De auro & ære, ferro, metallis.



CVR, si instrumentum, cum quo ponuntur alcol. 1. pulueres oculorum in oculis, fuerit ex puro auro, confortat visum?

### *DILVCIDATIO OCTAVA.*

Q. cur instrumenta aurea, & ænea sint vtilia oculorū affectibus.

Cur aurum vtile oculis colore & substantia, temperamentoque,

*Non ne Arist. & Gal. collaudant ænea vasa, & instrumenta ad oculorum sanitatem? quia exiccant, attenuant, & depurant? aurum verò ferè inalterabile dicitur: & deinde cur solum contactu valet aurum oculos confortare? An color aureus similitudine, splendore, & perspicuitate spiritus visorios confortat? an temperamentum attemperat, & non admodum congregat, ut color niger, & non uehementer disgregat, ut color albus? deinde auri substantia pura, & temperata oculos attemperat & eos non inficit: absque rubigine semper aurum manet, non inutile tamen æs æstimatur, dum facilius & ipsum alteratur, & suas qualitates diffundit.*

NO-

# NONA SENTENTIA DILVCIDATA.

## *De incuruatione, & oleo.*



CVR assidua inunctio spinæ cum oleo oliuarum abluto, vel amigdalino, vel sesamino conseruat hominem, ne in senectute incuruetur? 9. De incuruatione, & oleo.

## *DILVCIDATIO NONA.*

*Respondit Auenzoar stiptica, & subtilia omnibus principalibus membris conferre, & præsertim neruis, & musculis; sed quid hæc ad incuruationem naturalem, quę à siccitate natiua oritur? Vnde, & cordæ, & fides, & corium calore, ac siccitate incuruantur, ita nerui & musculi, atque membranę retrahuntur, stiptica exiccant, & subtilia penetrant, & dissoluunt humiditatem natiuam, attamen rationabili methodo vsus est Auenzoar. prędicta enim olea siccitatem primo retardant, inhibent, & emundant, vt subtiliori substantia penetrant; nam sicca poros strictos habent, & presertim nerui, & membranę: quamuis Aristot. dicere videatur, senes poros magis apertos obtinere, vt muri antiqui, & ædificia vetusta; excrementa abundant, pili nascuntur copiosiores, & pilosiores, & birsutiores sunt senes, quàm iuuenes: senes quidem poros magis apertos, & reseratos habent humiditate illa naturali, & humido natiuo priuati, & caro inanior fit. Iuuenes autem plenos, & succis vndiquè refertos repræsentant quoad poros, verum inter porum, & porum substantia dura, & terrestris egebat vebiculo tenui, & substantiali, vt oleum, stipticitas leuis, & modica expetitur*

Stiplica & subtilia vtilia neruis, & musculis.

In curuatio a quibus producatur.

Solutio cur olea retardant siccitatē.

Dubitatio de porislatis in senibus ex Arist.

Solutio, & ratio cur stiptica, & subtilia sint necessaria in neruis.

*titur potiusque ad robur, & ad similitudinem temperiei conseruandam, inhibendumque, ne calidum, & humidum natiuum dissoluatur, sed intus maneat; equidem non excedit stipticitas, sed moderata est, sicuti subtilitas, copiosior tamen humiditas, & vi emolliendi pollet: assidua debet esse inunctio: recta enim administratio desumitur à tempore, & quando agendum, nam quoties præsens indicans, & urgens, toties administrandum remedium, sed siccitas naturaliter semper fit, quousque uiuimus. semper enim humidum absumitur, & ab interno calore, & ab aere ambiente; perpetua igitur & assidua oritur indicatio emolliendi, & assidua inunctio expetitur.*

Quando agendũ.

## *DE CVRVATIONE.*

Obiectio de incuruatione, & inunctione.

*Vèrum quis obijciet, cur dum ligna, & arcus in oppositum incuruare studemus, ignem ab una parte; ab altera uerò gibba aquam vel oleum apponimus, & inungimus? Ergo oleum, aqua, & res humidæ incuruare faciunt, non autem erigere, & dirigere curua? Respondetur aliam esse rationem in homine viuente, aliam in lignis, & arte factis; inungitur gibba, seu conuexa pars, ne ab igne calefaciente, & exiccante humiditatem simæ, & concauæ partis, & quasi conuellente conuexa nimis arescat & frangatur; sed oportet, vt illa cedat, & mollis sit, uti musculus, qui dum unus retrahit membrum, & incuruatur, alter extendit, & elongatur. has rationes etiam recenset Arist. de pernis, et uaris in Æthiopia, & Africa, qui crura contorta habent ob calorem aeris.*

Solutio de inunctione & ignitione in lignis curuis

Sect. 14. probl. 4. Praxis. De vitijs capitis.

DE

## DECIMA SENTENTIA DILVCIDATA.

10. Dilucidatio de paralysi & Tremore.

*De Paralysi, & tremore, columbis.*



VR comestio columborum syluestrium est medicina propria relaxationibus omnium mẽbrorum scilicet totius corporis, hoc est illis, qui trahunt post se crura, & pedes, & confert priuationi sensus, & motus, & tremori ipsorũ, & cui accidit amissio loquelæ, Hæc Auẽzoar.

De amissione loquela.

### *DILVCIDATIO X.*

*An tremor est motus prauus animalis & naturalis successiuè sursum, & deorsum totius membri mobilis propter debilitatem virium facultatis actu eleuantis, & deprimentis membrum à languore spirituum animalium? Et Paralysis videtur Priuatio motus, & sensus in mẽbro propter angustiam interpositam inter neruum, & membrum? illa deferre virtutem, hoc autem moueri debet. Caro igitur syluestris columbi calefacit, & exiccat frigiditatem, & humiditatem neruorum, reserat semiangustas vias à frigidis, & viscidis succis, calorem natiuum, & spiritus animales robustos reddit; nam & paralysis, & Tremor lędunt potissimum neruos, & musculos frigiditate, & humiditate, lentore, viscitate, & copia excrementorum. Proprie igitur est medicina huiuscemodi caro. alimentum gignit minime excrementitium, multum exigua mole nutrit, calefacit, exiccat, & similitudine (cum volatile sit animal, velociter volans,) & vehementer facultate animali opem tulit. animal in genere animali, & specificum speciei magis conducit, & simile exi-*

10. De Paralysi & columbis, tremoreque.
Quid tremor.
Quid Paralysis.
Cur caro syluestris columbi sit vtilis Paralysi, tremorique.
Cura tremoris, & Paralysis.

 *stit;*

Triplex similitudo generica, specifica, indiuidualis.

stit; experitur quidem similitudo generica, specifica, & indiuidualis substantiæ, & accidentium identitas, & diuersitas, quæ varios, & abditos effectus, mirabiles, & nouos producunt.

## VNDECIMA SENTENTIA DILVCIDATA.

### *De Phthysi, & Hectica.*

CVr odorare anhelitum Catorum consumat humiditatem radicalem pulmonis, & totius corporis, & phthysim, hecticamque inducat?

### *DILCIDATIO XI.*

11. De phthysi & hectica. De cato & viribus eius. Quid sit phtysis. Quid sit febris hectica. Vide infra de cato. c. de podagra.

*An Phthysis est Ulcus pulmonum, & eius soluta vnitas, & Hectica est intemperies calida, & sicca in habitu cordis, & totius corporis cum absumptione humiditatis radicalis, quæ essentialiter inflammatur in habitu. Catus verò est animal siccum, & calidum, & anhelitum similem, atque putridum expirat, qui odore naribus, & ore receptus necessario primo pulmonem petit exiccando, & calefaciendo, deinde cor, & postea vniuersum corpus; his de causis absumit humiditatem radicalem, & quia tenuis est, & tenuium partium, penetrat, & alte occupat radicale humidum, & habitualiter, & fixè illud accendit & hecticam febrem producit; vel erodit pulmonem, & Phthysim parit, præsertim cum inspiratur, primo pulmonem tangit, ipsique adhæret præter naturam.*

DVO-

## DVODECIMA A SENTENTIA Dilucidata.

### *De Aceto in putridis febribus.*

CVr frequentare acetum, in potibus, & cibis prohibet aduentum febrium putridarum?

### *DILVCIDATIO XII.*

*An sicuti putredo humorum contingit à caliditate, & humiditate aliena corrumpente calorem proprium, & naturalem humoris, in loco calido, & humido facilius, cum putredo sit corruptio caloris naturalis, & proprij humoris in quolibet humido mixto ab externa caliditate ambiente, & frigiditatè interna illius humoris: de quà abunde, in Cosmitore, & in Praxi de malignis, quæ in viuente corpore semper fit inhibita transpiratione, & tunc calor natiuus euentari nequit; sed suffocatione, vel marcore accensus, amplior euadit, & gradu extraneus, ita imbecillior, vt naturalis. Qua propter acetum licet calidas portiones non nullas obtineat à prædominio acidum frigidas, & siccas, tenuesque possidet; atque vi refrigerandi, exiccandi, attenuandi, & reserandi præstat; his quatuor dotibus putredini resistit, & febres putridas in genere oppugnat; è contra calida, & humida, incrassantia, & obstruentia putridam febrem facile gignunt, conseruant, & augent.*

12. De aceto & putridis febribus, & de putredine.

4 Meteor. sũma 1. quid sit putredo.

Calor dupliciter corrumpitur marcore, vel suffocatione.

Cur acetum putridis febribus iuuet.

## DECIMATERTIA SENTENTIA

### De Carnibus.

CVr comedere carnes antiquas, & veteres, est materia ægritudinum.

### DILVCIDATIO XIII.

33. De carnibus, & & earum viribus.

Q. quo esus carniũ vetustarum pariat ægritudines.

Lib. de bono & malo succo.

Lib. de atteauante.

Cur caro antiqua parum nutriat.

*An omnia animalia senilia, duriora & sicciora semper sunt, atque excrementosiora, pauci alimenti, & terreni teste Celso lib. 2. Gal. lib. 3. de alimentorum facultatibus. Difficilius à stomacho concoquuntur, & cum humidi pinguis radicalis parum possideant, parum etiam nutriunt, & plurimum prouentum excrementorum efficiunt. aliquibus tamen naturis robustis, & rusticis conueniunt, & aliquibus morbis: uerum in sanitate tuenda parum aptæ experiuntur ex Galeno libro de bono, & malo succo, & lib. de attenuante diæta, vita quidem participatio calidi, & humidi, temperie, & habitu corporis simili fruitur, at caro antiqua, & uetus ex opposito, & aduersatur: senectus est morbus naturalis, & morbus est quadam senectus ex Aristotele.*

## DECIMAQVARTA SENTENTIA Dilucidata.

### De Piscibus.

*CVR senibus id, quod magis nocet, ex cibis, sunt Pisces.*

## DILVCIDATIO XIIII.

*Gal. videtur senibus pisces tribuere, & imbecillioribus, & coualescentibus, tertio de alimentorũ facultatibus eo, quia facilius à stomacho concoquuntur, vt facilè alterabiles, & excrementa facilius detruduntur, præsertim si eligantur pisces optimi chymi, & nutrimenti, vt saxatiles, de quibus longam orationem habuimus in Cosmitore, & in lib. de Idea, & Theatro.*

14. De piscibus, & speciebus, & alimẽtorum.

*An fortasse Auenz. animaduertens naturam senum frigidam, & siccam habitumque eorum, quæ calida, & humida expetunt minimè excrementosa, & facilè concoctu, eos inhibuit senibus? pisces saxatiles facilè subÿciuntur concoctioni; attamen alimentum frigidum, aquosum, & craßum respectu animalium quadrupedum, vel Auium præbent.*

Vsus pisciũ quando vtilis. & quando nocuus.

*Damnat itaque Auenz. pisces tanquam contraria alimenta naturæ senum, sed summopere laudat potius oua, vinum dulce, carnes castratorum, pullorum, gallinaceorum, vitulorum, & similium, quæ alimentum calidum, & humidum, & excrementis vacans tribuunt, verum tutior est sententia Auenz. in specie de nonnullis indiuiduis determinato temperamento proprietate, assuetudine, cœli statu, & regione: tunc non est mirum, si vsus piscium magis, quam carnium quadrupedum, & Auium probatur; quomodo sanitas senum conseruetur, & quibus docet Gal. lib. de tuenda valetudine, & si pisces laudat, potissimum respicit senilem siccitatem, faciliorem concoctionem, alui stipticicatem. Quibus omnibus pisces saxatiles, & optimi chymi in debita quantitate conueniunt, & auxiliantur. his conciliantur discordes autores.*

Conciliatio de vsu piscium iuxta Galenum & Auenz.

# DECIMAQVINTA SENTENTIA Dilucidata.

## *De potu aquarum Thermalium, & neruis.*

15. De potu aquarum Thermalium, & neruis.



VR frequentare potus aquæ Thermarum est ſecuritas, ne priuetur ſenſus, & motus membrorum?

## *DILVCIDATIO DECIMAQVINTA.*

15. De vſu aquarũ Thermalium, & neruis.

*Cum nerui ſint frigidi, & ſicci, calore tamen in ſubdominio præditi caliditate temperata egent, at non ſiccitate; caliditas verò aquarum temperata calorem neruorum conſeruat, ſicuti ſiccitas æqualis, & ſimilis ſiccitatem: deinde abſtergit viſcidos ſuccos à neruis, & vias reſeratas conſeruat, vt animalis ſpiritus, & facultas per ipſos defluere placidè valeat:* Spiritus animalis. *Spiritus animalis generatur à cerebro, ex vitali ſpiritu, & Aere, lucidus, purus, tenuis omnibus facultatibus internis, ſenſibus, & externis, vt inſtrumentum inuiſibile inſeruit, motrici etiam, ſed magis ſiccus, & omnem medullarem ſubſtantiam neruorum tranat, & continuò à cerebro fluit, & per medullam nerueam, et tunicas; melius iudicat, qui utrinque rationes oppoſitas audit.* 3.met.primo.

## DECIMASEXTA SENTENTIA.

### *De Cydonijs.*

CVR *(dicit Auenz.)* comedere cydonia assata post cibum, habet lætitiam generare, & pigritiam remouere? *Celsus lib.* 1. *cap.* 2. *ait*, cydonium secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit: si quis itaque hoc parum valet, palmulas pomaque, & similia melius primo cibo assumit. 16. De Cydonijs. Cels. lib. 1. cap. 2.

## *DILVCIDATIO DECIMASEXTA.*

*Lætitia, seu gaudium formaliter quatenus passio animæ est affectio appetitus concupiscibilis respectu boni præsentati, vt præsens est, & potest lætitiam generare; si intelligit Auenz. poma cydonia parere phantasmata, & imagines iucundas & gratas, quæ intrinsecè à spiritibus animalibus puris nascuntur; hi verò à vapore suaui, & naturali coton eorũ ipsis permixto; nam is vapor moderatè frigidus, & siccus, cum quodam calore, & ui aromatica calorem naturalem sanguinis, contentorum, continentium, & impetum facientium conseruat in suo tenore, & spiritus animales, atque inhibet, & coercet alios vapores, quia vltimo supersedet, & supernatat, ideo tunc primo cor, & cerebrũ inuadit: letitia enim materialiter est in corde, quatenus motus suauis ipsius cordis fit à facultate motrice naturali temperata à puris, lucidis, & temperatis spiritibus vitalibus formaliter in cerebro ministro cordis, quatenus imaginatio magis dilucide obiectum iucundum imaginatur, tanquam bonum, & præsens, vel præteritum,*

16. De cotoneis & facultatibus eorũ quid letitia, quid gaudium.

De loco gaudij & letitiæ.

Letitia quid sit, vbi formatur.

Gaudiũ quid sit.

Quid delectatio, gaudium.

Triplex delectatio vegetatiua, sensitiua, rationalis.

A quibus causis producatur delectatio.

Facultas stipticorum.

*teritum, vel futurum; cum spe, ut præsens gaudium facit bonum apprehensum, ut præteritum desiderium; & omne gaudium est delectatio; non è contra, gaudium quidem supponit rationem. Visus obiecto pulchro delectatur, at non gaudet: in habentibus rationem, vbi gaudium, ibi potest esse delectatio, quæ corporalis, vel spiritualis, vel intellectiua erit; pariter delectatio, aut animæ vegetatiuæ, aut sensitiuæ, aut rationalis; vel formæ extra animam, sed impropriè. Est quidem cognitio boni conuenientis, & consecutio huius. Sed his philosophicis omissis ad rem accedamus. Ille vapor ortus à cydoneo, cum statum naturalem totius corporis cerebri, & cordis spirituumque conseruet. quæ secundum naturam sunt, lęta sunt, & lętitiam naturalem, & sensitiuam pariunt: verum illa naturalis propria, & sensitiua attinet ad Medicum, præsertim, cum ab intrinsicis causis oriatur symmetra temperatione humorum, spirituum, & similarium, & regulata commensuratione dissimilarium, aut ab externis mediante Aere, cibo, potu, & alijs, quæ alterant humanum corpus, & ad statum naturalem conciliant, vel tuentur, uti anodina dolorem sedantia temperata, & ualetudinem custodientia;* (pigritiam reuouent) *quia ut stiptica coercet tetros fumos, & uapores ad cerebrum se eleuaturos, ut dum spiritus uitales, & animales sint puri, & impermixti rebus nocuis totum corpus leuè, non autem pigrum ad motum inclinat, & munia sua naturaliter, & ualidè exercet: stipticitas, siccitas, adstrictio, aromaticus odor hæc moderatè efficiunt.* vinum *autem* lętificat cor hominis, *id enim spiritus sanguineos ueloces, & puros creat, & homines his spiritibus exornati, & abundantes sanguinei, aerei, lętique sunt, facilesque rident. ita pueri, iuuenes, & non senes.*

D E-

## DECIMASEPTIMA SNTENTIA Dilucidata.

DIcit Auenz. comedere persica cognitum est, quod quamuis sint multorum nocumentorum, attamen oris fętorem vitio stomachi procedentem remouent, & nullum aliud scitur in eis iuuamentum. 17. De Persicis.

### DILVCIDATIO XVII.

*Gal. secundo de alimentorum facultatibus cap.* 19. *ait* mali persici, seu persici succus, & veluti caro facile corrumpitur, prauaq; omnino est: quocirca, quod quidam facere solent, non sunt post alios cibos mandenda, corrumpuntur enim in superficie natantia; *sed in omnibus remouent fętorem oris, hæc Gal. Practicum documentum ex his dictis deprehendimus, fortasse quia* humida lubrica, & grauia primo comesta prauum succum, & fętentem in stomacho subducunt, *aliquantulum abstergunt (loquimur de persicis recentibus, & viridibus, non de carne persicorum saccaro concinnata, vulgo persicata. alia enim est ratio de carne, alia de succo carnis, alia de vtroque simul, & alia de recenti, & alia de saccaro condito; hæc quidem refrigerat, exiccat, & aliquantulum astringit, & à cibo solet concidi; succus etiam igne, & saccaro paratus eadem præstat; sed minus caro solidior substantia, & terestrior est, & grauior; fætor quidem oris à pluribus causis ortum ducere valet, à pulmone exulcerato, à pure existente in thorace, ab humore fætido, carne corrupta putrescente in ore, vel gengiuis, vel dentibus, vel à stomacho eleuantur fætidi vapores*

17. De persicis forbisque, & eorum viribus.

Quomodo, & cur odorem bonũ præbeant, fętidum expellant.

Dubitatio.

Solutio.

Fętor oris quomodo generatur.

*à uermibus, ab humoribus putrescentibus, ab vlcere, et alijs; sed loquitur Auenz. de fætore ab humoribus putridis in stomacho existentibus. sorba etiam & iuuamenta efficiunt, & similia, sua humiditate, & abstersione abluunt stomachū, & emundant illum. deinde cum fætor in quodam calore putrido exhalante, & fumo simili consistat, persica frigida illum calorem extinguunt, vt humida obruunt, vt grauia & abstergentia humorem fætentem subducunt. Vtilia igitur sunt in prima mensa, & ante alios cibos recentia, et viridia: sed cocta, & condita saccaro, aut alijs concinnata potius in secunda mensa debent usurpari; & hoc pacto tollitur etiam contradictio, & discordia inter Auctores, & quando Celsus lib. 1. cap. 2. dicit.* omnia condita duabus de causis esse inutilia, quoniam & plus propter dulcedinem assumitur, & quod modo par est; tamen ægrius concoquitur. *Dicendum ueram esse sententiam Celsi, si in prima mensa sumantur, quia tunc propter dulcedinem hepar attrahit, & ægrius concoquitur à stomacho. cur igitur tamen à saccaro frigiditas, & humiditas superuacanea: in secunda uerò mensa uti bellaria in modica quantitate roborãdo supernum stomachi adiuuant adstringendo, & prohibent ne uapores à cibo eleuati noxam cordi, & cerebro inferant.*

De sorbis.

Fętor quid sit.

Conciliatio de vsu persicorum sorborumque.

Celsus lib. 1. c. 2.

Conciliatio in dictis Celsi.

## SENTENTIA XVIII. AVENZOARIS ex libro 1. tract. 1. cap. sexto.

### *De capillorum vitijs: canitie, & fissura.*

De vitijs capitis.

*Dubia videtur sententia Auenz. & digna animaduersione in praxi, cur* dum capilli fissuram patiuntur, & in extremitate diuiduntur in duas partes, albi fiunt in extremo; in canitie autem dealbentur primo radices?

18. De canitie, fissura capillorum.

*D I-*

## DILVCIDATIO XVIII.

*Fissura capillorum est vitium in compositione, & figura, dum ipse capillus, qui vnicus esse debet, diuiditur in plures propagines, et filamenta præter naturam à nimia siccitate fumosi excrementi terrestris. Canities verò est color albus prauus præter naturam ortus ante tempus determinatum à frigiditate morbosa superueniente, quæ immediate vel oritur à frigida pituita, vel ab aliquo vapore frigido, vel ab extrinseco calore illius partis; extinguitur quidem immediate duabus de causis, marcore, vel suffocatione. Multi una nocte timore mortis, vel graui aliqua cura, vel animi, vel angoris cani facti sunt, ut testantur historiæ. Dealbatio quidem capillorum, vt narrauimus, à diuersis causis originem trahit, & potissimum ab inconcocto, & crudo succo propter calorem partis infirmum, dum verò finditur, nimia siccitas excrementorum, uel cutis, uel aeris est causa illius scissuræ: atque etiam ut additamentum non recipiat, neque eius naturalem temperiem custodiat. quare extremum capilli minus humidum, & magis siccum (humiditate amissa, & calore) fit album: è contra in canitie radices primo albæ apparent, à frigido, & crasso humore, apud radices stabulante, quæ fit à duabus partibus diaphani aquei, & una opaci, & quo magis agens ualidum proximum est, eò ualidius imprimit uim suam. Ideo radices contactæ à succo albo, frigido, & crasso refrigerantur, & exiccantur, & albæ primo euadunt, quam extrema. Hac ratione dum loquitur de canitie ab interna causa frigida, & humida, quæ similis effectum similem capillorum parit, si frigesit, uel calefit baculus à niue, glacie, & igne pars, quæ tangitur, non opposita primo frigesit & calefit: hoc pacto scire est rem per causam cognoscere.*

18. Quid sit fissura capillorum.

Fissura.

Canities quid sit.

Solutio.

Solutio de albedini in radice, aut extremitate capillorum.

Conciliatio.

1. Poster. 1. phys. 1. 2. Metaph.

## SENTENTIA XIX. DE CARNIBVS

## *Castratinis.*

CVr carnes castratinæ elixæ cum modico sale, & oleo scissuris capillorum auxiliantur. *cum hæ à siccitate morbifica proueniant, & sal exiccet?*

## *DILVCIDATIO XIX.*

19. De carnibus & sale, & facultatibus eorum.

*An quia sal tanquam uehiculum, & condimentum, quod est res esculenta parua mole, seu exiguo corpore uim magnã obtinet ex Arist. at caro castratina calida ac humida est. Pariter oleum: ideo sal alimenta calida, & humida ad cutim, ad capillos ducit, & excrementa ex his genita, quæ capillorũ immodicam siccitatem abolere ualent. humida enim & calida sunt.*

## VIGESIMA SENTENTIA

ex lib. primo tractatu primo cap. 7.

## *De medicamentis infusis, vel in substantia.*



C*VR Auenz. inquit* medicinas soluentes choleram infusione minus fortiter trahere à capite, in substantia magis, & tales propinat in affectionibus capitis?

## *DILVCIDATIO XX.*

20. De medicamentis infusis aut in substãtia & eorũ virib.

*Cum Medicamenta soluentia, testimonio Hippocr. Auenz. & Galeni corpus euacuent quatenus nocua; & insuperabi-*

*lia à natura irritando expultricem, quæ insurgit ad nocuum, & inutilem humorem expellendum, vt verò donata forma substantiali, simili, sed maioris actiuitatis speciei humoris tali similitudine efficaciori eliciunt determinatum humorem, Agaricus pituitam, Rhabarbarum Bilem, helleborus niger melãcholiam: sed de hac quæstione satis actum est in Cosmitore, & in practica de malignis: statuit igitur Auenz. supranarratam sententiam, agnoscens indicantia, & modos administrandi oriri à patiente humore educendo faciliter vel difficulter, cùm humor sit difficilis eradicationis, & in cute capitis resistit medicamento fortiori modo agente: tale est in substantia, quod diutius perseuerat in stomacho, & venis, & validius agit, & reluctatur, quam in infusione: cũ ab hac solummodo spiritalis, & tenuior pars liquore eliciatur, quæ facilè cedit, dissipatur, resoluitur, & per aluum tranat; è contrà facultas in substantia permanet tota, & diutius perdurat in ea, & suam vim toti vniuerso, & extremis partibus diffundit.*

Qũo medicamẽta euacuent, q.

Quid indicet medicamentum soluentium, quæ sint indicãtia rectam administrationem eorum.

Modus à quo indicatur.

Medicamentum in substantia fortius.

Medicamentũ infusum minus, sed citius operatur.

Quare.

## VIGESIMAPRIMA SENTENTIA

### *De inflammatione & rubedine cutis, & lactuca comesta cum aceto.*



*VR inflammationi, & rubedini cutis capitis cum paruis pustulis* iuuat lactuca comesta cũ aceto? acetum verò solum, & portulaca nocent, & ab his omninò abstinere oportet, & ab omni genere lactis, & ab omni etiam re, quæ propter moram saporem suum mutauerit, atque fructibus præterquam à granatis dulcibus? *nonne ista etiam refrigerano?*

21. De lactuca comesta, cum aceto.

Dubitatio.

*DILV-*

## DILVCIDATIO XXI.

Solutio.

*Rectè quidem hæc docet Auenzoar, cum non sint refrigerantia, vt refrigerantia contraria caliditati cutis cæpitis, & rubedini; sed talia refrigerantia determinata, quæ indicationibus satisfaciant, nempè, quæ uim habeant refrigerandi cerebrum, & illud inuadendi, uel per urinas humorem ibi biliosum ducendi. Vnde portulaca incrassat humorem, non uehit, immò retardat, & cerebrum non petit: deinde lac, licet caput impetat, facilè id quidem alteratur, & in naturam alienam transmutatur, & urinam non citat, diuertere quidem, & euellere à capite oportet, non ad ipsum ferre: tandem fructus multi sanè refrigerant, sed incraßant. At granata dulcia ex diuersis partibus constant dulcibus, & acidis, ut dulcia bilem attemperant lib. de tuenda ualetudine, ut acida uerò refrigerant, & urinam mouent; sed acetum cur non solum est bibendum? an quia frigidum à præ dominio: quibusdam tenuibus portiunculis, etiam calidis fruitur? atque acuit bilem? verum lactucæ commixtum caput aggreditur, & bilem ibi stabulantem refrigerat? Sed quis his dictis obijciet Hippocratem & Galenum primo acutorum statuere* picrocolis acetum esse accommodatum, & bilem in pituitam gliscere facere, & transmutare.

De portulaca. De lacte. De fructibus. Lib. de alim. facul. Lib. de tuenda. De aceto. Cur acetum nō est solum bibendum, q. Dubitatio. Cur acetū picrocolis accommodatū.

Solutio. De aceto, & picrocolis.

*Respondendum, vera esse hæc Hippocr. & Galeni dicta; sed dum residet bilis in capite, acetum nocet quidem, quoniam non tam longè, & facilè permeat, at cum lactuca, quæ ad caput euaporat comesta euadit optimum præsidium; lactuca quidem vehit ipsum ad cerebrum, & attemperat si bilis circa Hipocondria maneret, tunc optimus esset aceti vsus, & syrupus acetosus simplex, qui vtramque bilem concoquit, ratione flauæ bilis frigidus, at ratione nigræ calidus attenuat*

Solutio cōciliatio. Qūo acetum, & quando picrocolis iuuat dilucidatio Hipp. & Gal.

*hanc*

*hanc crassam, & subtilem illam incrassat diuerso respectu corporis patientis humoris quippe biliosi, aut melancholici diuersos effectus producit: deinde alia est ratio, si solum bibatur, alia si lactuca aceto condita, & inspersa comedatur.*

## SENTENTIA XXII. Cap. 12.

22, De furfuribus capitis.

### *De furfuribus capitis.*



*VR Auenz. docet*, furfuribus correptos eos abstinere debere omnino à potu aquæ simplicis, nisi ei admisceatur mel, vel vinum coctum.?

De vitijs capitis externis, & internis, praxis.

### *DILVCIDATIO XXII.*

*Capitis furfures gignuntur à pituita crassa detrusa ad cutim capitis, ibique exiccata: est symptoma in excremento pituitoso exeunte in cute capitis, quod gignitur per essentiam in capite, uel transmittitur à calidiore iecore, uel producitur à fumositate exusta, uel biliosa simplici commixta: quapropter si simplex aqua potetur, pituitæ copia abundaret, & frigidius cerebrum euaderet. mel autem, aut vinũ coctum aquæ dilutum attenuat; calefacit, moderate exiccat pituitam, & uias aperit, aqua uehiculum mellis, & uini cocti, tale alimentum ad cerebrum ducit; coctumque uinum idest sapa, ut crassum potius aluum citaret; si aqua non attemperaretur: deinde non inebriat, neque uapores eleuat ad caput, si ita crassum, & simplex bibitur, sicuti uinũ dulce. at lymphatũ aqua copiosa caput inuadit, moderate calefacit, attenuat, exiccat pituitam, & uias reserat.*

De vsu mellis, & vini cocti.

De vsu aquæ frigidæ, quomodo & quando nocet.

Furfures capitis à quibus gignantur.

Obiectio de sapa.

Solutio de vino, melle, & aqua.

# SENTENTIA DILVCIDATA lib. 1. tract. 2. cap. 1.

## *De ægritudinibus capitis ab extrinseco.*

## SENTENTIA XXIII.

### *De percussione & sanie.*

23. De percussione & sanie duplex percussio qualis, & quanta,



VR percussio capitis absque incisione cutis quæ fermè minime saniem habet procreare, vt plurimum, & si fit sanies hæc in modica quantitate existit, & si percussio fuerit ex lapide, vel simili absque incisione cutis saniem gignit?

### *XXIII. DILVCIDATIO DE SANIE.*

23. Sanies quid.

Percussio qualis. Duplex,

Solutio de percussione cutis.

*Sanies est humor à toto genere præter naturā genitus ex humore putrescente, & præsertim sanguine, vel membro à calore naturali partium vincente calorem putredinalem adeo, vt conuertat in pus tanquam in meliorem substantiam. cur vero ferrum percutiens absque incisione cutis non producat saniem vel paucam; lapis vero, aut lignum multam? Dicendum fortasse, quia ferrum leuem percussionem facit; magnam verò necessario etiam incisionem inducit, cum vehementer percußerit. lignum verò, & lapis grauis solummodo percussionem valet inficere, & non incisionem. an quia deinde ferrum potius grauitate maiori percutiens sensum obtundit, vnde dolor non efficitur, qui attrahat humores, & spiritus: at lignum, & lapis maiorem dolorem parit, & fortaße maiorem occupat partem, hinc dolor, & calor ingentior vberiorem copiam humorum*

*morum allicit, & ex hac maior abundantia puris exurgit, vt differentia non oriatur à ferri, vel ligni natura, sed à modo vario læsionis, qui inducitur à ferro, vel lapide maiori, vel minori: confirmetur exemplo, cur si quis ab asino succussante decidat in terram maius damnum, ac noxam patitur, quàm si ab equo? an ob motum varium & inæqualem asini, qui inæqualiter membra disiungit; quæ discreta, & disgregata facilius noxam recipiunt? Etiam serpens atrocius percutitur ab arundine & virga auelanæ ob flexibilitatem, & maiorem eius penetrationem in carnem, quam à baculo duriori, & ferro? ità à sacculo arena pleno quis percussus, & contusus, velutifractus, & interne etiam sanguis in venis, & arterijs, ac in ambitu carnoso, & cutaneo cæsus, talem, ac tantam alterationem recipit secundum humores, spiritus, & solida, vt Asymmetra omnia reddantur, & præternaturam, & magis quàm si vulnere, vel ulcere, uel ligno, ferro percussus fuerit: graue enim illud pondus minutim percutit, & contundit, & sensim, ac pedetentim altius introducit noxam, & uim suã.*

Exéplũ asini: cur si quis ab Asino in terram concidat, maius damnum accipit, quàm si ab equo?

Solutio.

Dubitatio de serpente.

Solutio.

Dubitatio de sacculo arena pleno & percussione. solutio de percussione. Percussio multiplex.

## SENTENTIA VIGESIMAQVARTA lib. 1. tract. 3. cap. 5.

### *De Apostematibus panniculorum capitis, & cerebri & frenitide.*



SI inquietudo, vigiliæ, deliramenta, sitis, febris permanent firma, & continua, tunc apostema panniculorum cerebri existit, & possibile etiam est in pia matre; quod si sic fuerit, necesse est medico, vt flebotomet infirmum de cefalica dextri; multam sanguinis quantitatem extrahens, & sic possibile erit, ægrum liberari omnino, aut

24. De apostematibus fren.tide & alijs inflãmationib.

Sectio cefalicæ quã vtilis.

naturam expellere humorem ad ignobilius membrum scilicet ad duram matrem, & erit signum validæ virtutis, è contra, si à dura matre ad piam influat humor.

## DILVCIDATIO XXIV.

24. De cefalica: de cura phrenitidis & inflammationum.

*An à cefalica dextri brachij sanguis euacuatur, quia Iecur sanguinis fontem & dextram partem animaduertit, & cefalica sanguinem etiam fluxum, et in cerebro, qui admodū tunc urgens indicat statim sui euacuationem, & reuulsionem à supra ad infra per rectitudinem? maximam uerò copiam detrahit, quando sanguinis magna affectio non dat indutias, & in loco abdito, & principali, magnum præsidiū essentia, & quantitate expostulat; uenæ sectio est materia magna, potentis auxilij, essentia, & ratione propria, & quantitate, tunc maxima copia sanguinis sensibiliter, & cito euacuato, cum maxima uehemens, & copiosa affectio ipsius maximam etiam noxam sensibilem infert, & urget: Celsus libro secundo capit. 9.* si copia sanguinis male heret, vel corrupta est, nullo modo melius succurritur, quam sectione venæ, *& præsertim in phrenitide.* At firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier valens tuto curantur, & facilius detractionem sanguinis sustinent, ieiuno ventriculo; & in casu ab alto, quamuis paulo ante sumpserit cibum: maximè tamē in his imperitus medicus falli potest, quia fere minus roboris illis ætatibus subest: ideoque ei rei videtur aptissimus aduersę valetudini dies secundus, aut tertius sed vt aliquando etiam primo die sanguinem mittere necesse est, sic nunquam vtile post diem quartum est, cū iam spatio illo materia est exhausta, & corpus corrumpit, vt detractio imbecillum id facere possit, non posit integrum (*hoc in pluribus obseruandum*) *profectò tempus*

Q. De indicante venæ sectionem.

De sectione venæ & eius indicante.

Cel. lib. 2. cap. 19.

De sectione venæ in pueris, sene, muliere grauida.

Tempus.

Quomodo tempus indicet.

*non*

*non indicat, sed consignificat aut uires, aut materiam quæ materia præsens, & nocua propriè indicat, & vires propriè permittunt; & quando hæc aderunt, testimonio Hippocratis & Galeni reiq; natura suffulti possumus, & octauo, & decimo sanguinem mittere.*

## SENTENTIA XXV.

### *De Phlebotomia, & inflammatione.*



CVR omnibus inflammationibus panniculorum cerebri phlebotomia, & abstinentia à cibis crassis, & multi nutrimēti confert? & victus exquisite exactè tenuis? & si tempus fuerit æstiuum, & infirmus iuuenis & robustus, sufficit ipsi, aqua thamarindorum per viam cibi, & nutrimenti; donec cessant, & quiescant fortia accidentia, & alleuietur Apostema? 25. De phlebotomia, & inflammatione cerebri.

## DELVCIDATIO XXV.

*Phrenitis propriè est inflammatio membranarum cerebri, & eiusdem. seu est actio corrupta animæ cognoscentis phantasiæ, vel rationis, vel vtriusque propter inflammationem cerebri, & membranarum eius. Aberrat, deliratque æger vel circa sensibilia, & phantasmata particularia, vel circa intelligibilia, & vniuersalia; præterea uel circa apprehensionem terminorum, vel eorum connexionem, & diuisionem, vel illationem syllogisticam desipiunt imaginibus, vel mente, vel vtroque modo diebus alapsis inuisi nobilem: iuuenem, qui putabat se esse cygnum canorum, & crocitabat & strepebat vt coccalus, & coruus: agnosce te ipsum. quapropter in æstate, quæ vires dissipat calore, & siccitate, & vigiliæ, in-* 25. Quid phrenitis. Species, & differentiæ frenitidis.

Victus frenitidi qualis.

*quietudo, et alia symptomata nocent, licet robustus sit æger, poßumus ad finem status vsque aquam thamarindorum pro potu, & cibo tantummodo præbere: sanè quidem si consuetudinem ægri, & naturam validam spectemus in tam acuto, & graui symptomate, sat erit aqua thamarindorum, hæc quidem nutrit, refrigerat, bilem attemperat, inflammationem coercet, & febrem: deinde robustæ vires spernent victum, quia perdurare valēt in acutissimis exigua alimonia, hæc quanto magis prodest viribus, tanto nocet morbo, &* extremis extrema accomodantur præsidia, *& Chirurgica, & pharmaceutica, & digtetica. unde dicebat Celsus libr. 2. capit. 6. uehementer ægro nocet quoties in eius, quod assumitur, uel tempore, uel modo, uel genere peccatur.*

De aqua tamarindorum.

Celsus libro 2. c. 6.

## SENTENTIA XXVI.

ex lib. 1. tract. 4. cap. 20.

### *De dolore Auris.*

26. De dolore Auris; de carnis vsu, & remedijs.

CVr *Auenzo.* in dolore Auris absque apostemate subtilem, & tenuem victum absque carnibus laudat?

### *DILVCIDATIO XXVI.*

26. Carnis nutrimentum.

Dolor auris quid.

Obiectio de dolore & victu.

*An caro multi nutrimenti, & humiditatis est? dolor uerò auris à uapore intercluso in partibus neruosis corrumpente constitutionem earum fit? eleuatur uapor ab humore, hic ab alimento prouentum habet, quare tenui administrato uictu uapor cessat, & delitescit dolor: uerum quis dicet, hic dolor non est symptoma acutum, quod indicet tenuem, & exquisitum uictum, cum neque uires prosternat, neque uelox sit &*

*cum*

*cum periculo: sanè in febribus acutis, & peracutis iure merito Gal. abstinet à carnibus; dolor autẽ aurium talis non est, ergo. Respõdendũ dolorẽ acutũ esse symptoma velox et periculosum, & quatenus valet febrem accendere, & Apostema moliri, et attractis dolore, & calore ad cerebrum humoribus; id circo imminentis periculi gratia tali victu vtendum est; sed caro non videtur superfluæ humiditatis, vt statuit Auenzo. nam caro varia, et multiplex est diuersorum animalium, volatiliũ, aquatilium, & terrestrium, alia multi, & alia pauci nutrimenti, alia humiditatis superuacaneæ in respectu ad hominem, vt Agnina, porcina, anserina, Arietina, alia siccitatis ut sturni, capræ; attamen vapor non calidis, & humidis, sed exiccantibus, & attenuantibus dissipatur, & indicat cibaria desiccantia, & subtilia, tum ad dissipationem geniti vaporis, tum ad inhibitionem generandi; hic cibus desiccatior, & exiguus, subtilis, & tenuissimus indicatus à duobus est alimentalis, & medicinalis à re naturali, & à re præternaturam, dum à vapore indicatur est medicinalis alterans, dissipans, atque exiccans, dum à virtute expetitur, nutrit, & parum, quia valida, & robusta spernit ipsum copiosum.*

Solutio de dolore & victu.

Qualis victus indicatur in dolore auris.

Dubitatio. De carnis humidate.

Multiplex caro multorũ animaliũ.

Qutle carnis temperamentum, & alimenrum.

Solutio de victu in dolore auris.

In quib. indicatur victus.

Tr[illegible] victus ali-[illegible]

## SENTENTIA XXVII. Ex cap. 4.

### *De percussione Auris; & difficultate auditus.*



*VR inquit Auenz.* si ex percussione facta intus in aurem sanguis emanauerit, impossibile est, difficultatem auditus remouere, etiam si Galenus eam curaret.

27. De percussione Auris, & auditu.

Duplex percussio.

DILV-

## DILVCIDATIO XXVII.

27. Difficultas auditus quid sit. *Profectò si difficultas auditus, quæ est symptoma in diminuta auditione, vel propter diminutam facultatem, ab intemperie organi, vel instrumentorum deseruientium, vel à flegmate crasso, & viscido, vel à melancholico succo, vel vaporibus, vel à pure potest sanari? cur inquit Auenz. non à sanguine? An fortasse Auenz. ita decreuit experientia pluries edoctus, & ratione? quoniam sanguis in abditis locis stabulans extra venas grumescit, & putredine maligna corrumpitur, quæ tunc proportionem sensorij auditus nerui expansi aufert, & corrumpit; qua desinente auditus omnino tollitur, aut imminuta imminuitur, aut corrupta corrumpitur? deinde facultas auditoria, quæ residet potissimum in neruo expanso, & eget proprio temperamento calore, & Aere implantato, & indiget etiam spiritu animali, qui per neruos à cerebro defertur ad ipsum neruum expansum, nocumentum recipit ab ipso sanguine extra venas corrupto? & an quia crassus sanguis in locis ita reconditis, tenuioribus partibus dissipatis infarcit meatus, & vias spiritui auditorio dicatas, & aerem implantatum vel imminuit, vel corrumpit?*

Dubitatio. Solutio. Cur non sanetur à sanguine corrupto læsus auditus. solutio.

## SENTENTIA VIGESIMAOCTAVA
ex libro 1. tract. 5. cap. primo.

### *De priuatione odoratus.*

28. De priuatione odoratus. De odore, & alijs.



VR *inquit Auenz.* sanies quæ fit in naso, semper exit cum sanguine mixto, & nequit natura huius membri terminare saniem ad albedinem perfectam, *quamuis cartila-*

*tilagineum, & osseum membrum sit, atque spermaticum, & præterea natura aptum dealbare?*

## *DILVCIDATIO XXVIII.*

*An id contingit non sui natura; sed ex accidenti, quoniam actus actiuorum est in patiente benè disposito, at materies ad saniem transmutanda, licet sit apta; & nasi temperies, tanquam efficiens, quoniam ratione situs non diu ibi moram trahit, neque calor nasi, & concoctrix contactu, & actione ipsam transmutare, & dealbare potest. Egreditur enim descensu sanies ante perfectam elaborationem, vti conspicitur etiam in lyenteria, in coitu immodico, cibus inconcoctus, & semen sanguinolentum, & in assidua, & violenta ablactatione à mammillis lac exuctum cernitur rubescens.* Q. Cur exit sanies cum sanguine in naso. solutio.

## SENTENTIA VIGESIMA NONA
ex lib. primo tract. quinto cap 4.

### *De Polypo.*



*CVR polypum ortum excrescentiam, & putridam carnem in naso ab humore præsertim melancholico curat* pane optimè fermentato, turturibus, auibus paruis conditis cũ aqua, sale, modico olei, & aceti, & coriandri, & propinat ægro acetosa? Polypus quid sit. 29. De polypo. De pane, & alijs.

## *DILVCIDATIO XXIX.*

*Dubium videtur, nam melancholicus succus frigidus, & siccus est, & eò magis si calidus, & putrescens indicaret calida,* Q. Cur panis fermentatus sanat polypum.

Turtures, aqua, sale, oleo, q. conditę. Aues.

*lida, & humida, non acida, neque salita; sanè panis optimè fomentatus, est tenuioris substantiæ, & paucioris alimenti, humorem melancholicum craßum attenuat, inciditque, & alimentum tenue minimè melancholicum gignit, sal verò condimentum, & vehiculum est, atque medicamentum attenuans. Oleum siccitatem humoris adimit; acetum verò, & acetosa incidunt, attenuant, & penetrant crassitiem, & terrestreitatem succi, & eius putredini, atque fętori resistunt. His de causis Auenzoar non solum empiricæ experientiæ, sed rationali methodo innixus, & indicationibus incumbens curatiuis à morbo, præseruatiuis à causis, & vitalibus à viribus totius, & partium breuiter oĩa enarrat, & à natura, & facultatibus remedij deducit nos in cognitionem essentiæ morbi, causarum, & symptomatum, atquè eorum indicantium, nec non compositionem remediorum, & rectam administrationem proponit. Semper enim Medicus elegans progreditur ab indicatis ad indicantia, vel à natura indicantium ad indicata; & ab his ad materias, præsidiorum chirurgicas, pharmaceuticas, & diæteticas, vel tertio vtroque modo vtitur:* absurdum est simul scientias, & modum sciendi quærere.

Solutio.

Oleum.

Acetum. Acetosa.

Experiẽtia duplex empirica, & rationalis.

Tres indicationes tria indicantia, & tria indicata.

2. Metaphys. 15.

## TRIGESIMA SENTENTIA
Ex lib. 1. tract. 8. cap. 3.

### *De Pustulis, & exituris oculorum,*

30. De pustulis, & exituris oculorũ.

Cur euitanda sunt olea in exituris oculorum.



Ed si incrassatio prædicta fuerit ex humore colerico, acuto, nullo modo tunc eas vngere debes oleo aliquo: prohibitum enim est in omni membro, vbi colera dominatur, sed epithema cum folijs rosis, & aqua rosarum coctis.

DILV-

## DILVCIDATIO XXX.

*An bilis calida, & sicca oleum licet refrigerans, vti rosaceum, inflammat, accendit, & in substantiam sui conuertit? tanquam rem inflammabilem? Abstineant ergo Medici ab oleis, vnguentis, pinguedinibus, lacte, vt asserit etiam Hippocr. & Aetius in maximis inflammationibus & ardoribus, & biliosis accensionibus oculorum, & aliarum partium: debet enim medicamentum vincere, & absolutè, affectionem præternaturam; & Gal. primo & 2. de compositione medicamentorum per genera ait* curari passiones oculorum sanguinis detractione, medicamento, balneo, vino, fomento, sed potissimum quiete, & abstinentia, si morbi leues sint, & modicæ inflammationes primo die loco obscuro curare debet, sic, vt à sermone quoque abstineat, nullum cibum assumere si fieri potest, ne aquam quidem, sin minus, certe quam minimum eius; si graues dolores sint; commodius secundo die, si tamen res urget, etiam primo sanguis mittendus est, vtique si in fronte venæ tument, si firmo corpori materia superest, verum si minor impetus, minus acrem curationem requirit; sed non nisi secundo die, tertiove aluum duci oportet. *Tempora eorũ morborum, & causas explicat etiam Gal. 6. Aph. 31. & Celsus lib. 6. cap. 6. Remedia paria morbo esse debent, si leuis lenia, si mediocris mediocria, si grauis grauia. sed cur si vtrunque oculum morbus inuaserit, potest esse breuior? An quia materia diuiditur, & partitur? An quia vterque oculus tunc quiescit? & alter motu non attrahit? cur secundo potius die sanguis mittitur, & medicamentum secundo, & tertio die exhibetur? An ille secundo die magis in motu tenuis, & fluxilis, quam primo & secundo, & tertio die adhuc principium morbi designatur?* in quo si quid videtur mouendum moueri

Solutio. q. De oleis circa oculorum affectus.

Lib. de affec. Not. in praxi.

Qualia, & quanta remedia ad oculorum affectus. Celsus lib. 6. c. 6.

6. Aphor. 31. Cels. lib. 6. cap. 6.

Q. Cur leuior morbus si vterque oculus lædatur.

Obiectio de vtroque oculo leso.

Solutio.

Dubitatio de sanguine 2. die.

Solutio.

Cur medicamentũ 2. & 3. die exhibetur.

Solutio. Conciliatio.

ueri oportet? *deinde secunda & tertia die humores sunt magis parati euacuationi, quam primo. Tunc enim à natura consurgente, & quasi irritata decretante mouentur.* Neque tamen lippientibus longum ieiunium necessarium est, ne pituita tenuior atque acrior fiat; sed secundo die dari debet id quod leuissimum uideri potest, ex his quæ pituitam faciunt crassiorem, qualia sunt oua sorbilia; & quantum inflammationi detrahitur, tantum adijci cibis poterit, nihil potui præter aquam, *cur affirmet Celsus loco citato*, si pituita alba, & mollis esse incipit, lacrymæque miscentur, aut, si simul hæ vtrumque oculum inuaserunt, potest esse breuior? *an quia maior copia tunc pituitæ euacuatur, & viæ faciliores, patentioresque? cur si* graues dolores sunt, commodius 2o. die, si tamen resurget, etiã primo, sanguis est mittendus? *an, quando agendum indicatur à præsente indicante tunc urgente, verum, magis vrget secundo die, quam primo, vt plurimum, ideo commodius secunda uena, cur magis urget secundo die? an sanguis in motu magis est, & magis tentat oculum, eadem ratione aluus ducenda secundo & tertio die, nam tunc reuulsio utilior fit, at modica inflammatio neutrum in his auxilium desiderat, satisque est uti quiete, & abstinentia, unde modica inflammatio non est æquale indicans sectionem uenæ, sed requiritur uehemens, & potens, cur apponit* oculo lippienti interdiu collyrium papaueris, mirrhæ, foliorum rosæ, cicutæ, acatiæ, gummi; noctu verò quò commodior quies veniat, non alienũ est super imponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam? nam & pituitam reprimit, & si quid lacrymæ præcessit, absorbet, & oculum glutinare non patitur, *quoniam uerò noctu magis ingrauescit lippitudo, & fluxus pituitæ, ideò reprimens, adstringens, & absumens ualidius administrat eo tempore.*

Nota. in Praxi.

Cels. lib. 6. c. 6.

Not. Cur in potu aqua.

Dubitatio de pituita.

solutio.

Dubitatio de sanguinis missione. solutio.

Dubitatio de die secundo. solutio.

Cur Remedia debent esse æqualia morbo.

Cur Dubitatio de Collyrio in die diuerso à nocte. solutio.

SEN-

## SENTENTIA XXXI.
ex lib. 1. tract. 8. cap. 15.

### *De pustulis, & Apostematibus oculorum.*

CVr pustulæ, & parua Apostemata, quę oculis accidunt, pro maiori parte rubea existunt, atque in cornea ad albedinem tendunt?

### *DILVCIDATIO XXXI.*

*An reliquæ tunicæ, adnata coniunctiua, & vuea pluribus venulis abundant, cornea vero, quæ ad foramen rageidis spectat, nullis uenis decorata est, ne speciei uisibilis ingressum impediat, splendoris, & luminis, sed lucida, transparẽs, & diaphana cernitur; pustulæ albæ confinguntur ab humore albo, & pituitoso, atque à priuatione sanguinis, & utriusque bilis:* intus existens prohibet extraneum, & debet esse denudatum à natura recepti. 3. *de anima.* 31 De pustulis apostematibus oculorum.

## SENTENTIA XXXII.
ex lib. 1. tract. 8. c. 16. & 17. 32. De variolis, cõstrictione & dilatatione pupillæ.

### *De Variolis, constrictione & dilatatione pupillæ, & sectione venæ,*



*Vr in his affectibus curandis Auenz. iubet,* si corpus est robustum, extrahi sanguinem in maxima quantitate à vena basilica & si debile, & tempus non temperatum, minui à cefalica in modica quantitate? *Cur nen in modica quantitate à basilica, & cur ante purgationem probat uenam secari?*

Dubitatio 1: De vena basilica. Et cephalica. Q. Cur & quando vena secunda, vel purgans exhibendum. Dubitatio 2.

## DILVCIDATIO XXXII.

*An robur uirium præsens, & futurum est permittens magnam sanguinis copiam, & signum maximæ ubertatis in toto, unde oritur indicatio euacuandi maximam copiam, & ubi agendum indicatur à subsistente sanguine in toto, et præcipuè circa hepar, quare basilica, quæ hepar respicit, & totum uniuersum euacuat, primo tundenda; si uero non luxuriet in toto, solum modo affectam partem expendere debemus, & sanguinem in illa lędentem, quare hauritur indicatio, & euacuandi modicam quantitatem, et à cefalica, quæ sanguinem ab oculis ducit. à sanguinis euacuatione tunc exorditur, dum comparat indicantia inter se, & magis urgenti sucurrit, quando enim agendum à præsenti urgenti indicatur, & magis quàm alterum, dum eodem tempore plurima uigent indicantia, et omnibus satisfacere tunc impossibile, in uariolis autem, quæ sunt pustulæ exortæ potissimum in cutaneis partibus, ab ebulliente sanguine inquinato in prima formatione fętus, sanguis urget magis, quam succus alienus à natura sanguinis, indicans purgationē, primo extrahēdus est sanguis, quàm medicamentum purgans exhibendū, sed de his satis, cum longum sermonem habuimus in libro de malignis, atque in Cosmitore: & de morbis puerorum.*

Solutio 1. qn̄ vena secanda, & ante purgationem.
Quantitas.
Locus à quo indicatur.
Cur à cephalica.
Solutio.
Secundæ dubitationis solutio.
Cur à sanguinis vacuatione exordimur. 1.
Quādo agendum à quo indicatur.
Variolæ quid sint.
Cur in his sanguis detrahendus.

## SENTENTIA XXXIII. ex cap. 18.

33. De aquæ descensu ad oculum, & ablata visione.

*De aquæ descensu ad oculum, de ablata visione, de sectione venæ, vbi, & quando.*

C*VR dicit Auenz. in descensu aqueo ad oculum,* si virtus fuerit fortis, & tempus, & ætas conueniens exti-

extiterit, exordienda eſt cura à phlebotomia, & poſtea purgatio ex hyera picra, colocyntide, Aloe, feniculo, & maſticè ſubſequi debet? Dubitatio de phlebotomia.

## *DILVCIDATIO XXXIII.*

*Comparat interſe indicans ſanguinem, & indicans medicamentum purgans, cũ vtrũque uigeat, urgentius tamẽ erat maximum vitium in ſanguine & principale, & impediens, ne rectè moliretur purgatio, ideo præmittit euacuationẽ ſanguinis; virtus enim fortis eſt permittens, non indicans; pariter anni tempus ſignat virtutem validam, vel inualidam ratione Aeris, & temporis anni, ætas eadem manifeſtat, atque idẽ cum Hipp. ſtatuit* in acutis, ſi morbus magnus fuerit cum virium robore, & ætate florente vena ſecanda, *affectio eſt deſcenſus aquæ, quæ prouentum habuit ab humore frigido, & aquoſo purgationem expetente potius, quàm ſanguinis miſſionem, niſi per accidens & concomitanter tanquam cauſa ſine quà non, deinde virtus fortis, tempus anni vernale, & ætas florens, neceſſario nobis commonſtrant intus humanum corpus magnam affectionem & copiam in ſanguine nocentem immediatè, uel principaliter uel adiuuantem immediatam, & principalem*, magnitudine propriæ eſſentiæ, vel præſtantia partis, vel cachoetia; *his igitur de cauſis hæc materia Chirurgica preſeruatoria humorem ſanguineum immediatè reſpiciens uſurpatur, & ſanguis primo per uenam ſectã educitur à toto, ut fumoſitates, & uapores reuellantur, qui concitantur à maſſa ſanguinea, principali, & coadiuuante immediatam cauſam aquæ: ſi uero illa tria non aderunt, ſed potius cachochimia in uenis excellet, medicamenta ſoluentia, & ualida indicabit, ut hyeram picram ex colocyntide, & alijs, at ſi utrunq; (ut diximus) præmittenda eſt neceſſario uenæ ſectio: ſem-*

Solutio an primo de purgantibus an de ſanguinis miſſione:

Not.

Permittens.

Quãdo purgãs vel ſecticum venæ.

Indicans venæ ſectionem.

Magnitudo triplex

Cacochimia quid indicet, & quãdo.

Quando præmittenda eſt venæ ſectio.

*ſemper quidem animaduertenda urgentia, indicantia, & quia calida medicamenta ſoluentia, & humores exagitant, & vias fluidas expetunt, & paratas, ſunt primo remouenda impedimenta, quæ ſanguinis præſentia ſolet efficere.*

## SENTENTIA XXXIIII. ex lib. 1. tract. 8. cap. 18.

### *De Rapis &c. De iure pulli.*

33. De rapis, de iure pulli.

CVr *teſtimonio Auenzor.* apæ elixæ in iure pulli non modicam proprietatem habent oculis, & deſcenſui aquæ ad oculum?

### *DILVCIDATIO XXXIV.*

2. De alim. 62. de rapis.
Q. Not. pro vitijs oculorum.

*An, ut inquit Galenus ſecũdo de alimentorum facultatibus cap. 62.* aqua incoctæ rapæ ſuccum mediocri craſtiorem in corpus diſtribuunt, & nulla plantarum congenerum minus nutrit, *adeo, ut excrementa, à quibus fumoſitates poſſunt eleuari, pauciſſima generet, immo attemperet, & coerceat vapores, ſed potiſſimum diureitca humores ab oculis per urinam reuellunt, expurgant, non ſolũ quia ſuccum aquoſum, & ſerum producunt, ſed quia partium tenuitate ſecum eos uehunt: præterea quatenus frigidæ & humidæ, cum modica ſalſedine oculi temperiei accommodatæ uidentur, qui à non nullis aquei ratione humorum à prædominio dicuntur, ab alijs uero merito ſpirituum, & caloris ignei appellantur; tertio ab alijs propter quatuor tunicas frigidas, et ſiccas, frigidi uocantur, ex his omnibus commixti mediocriter, et temperati in paſſiuis, ſiccitate & humiditate exiſtunt. Celſus enumerans cibos in tres partes diſtribuit, alij firmiſſimi ualentiſſimi alimenti*

De oculis, an aquei, an ignei q.

Conciliatio de natura oculi.

De cibis & varijs gradibus eorũ trib. Primus firmiſſimus ualentiſſimus.

*menti sunt, alij firmioris, & ualentioris, alij firmi, & ualentis, secundo pariter imbecillimi alij, & infirmissimi, alij imbecilliores, et infirmiores, alij tertio medij inter hos*, imbecillimũ est omne olus, & quicquid in cauliculo nascitur, qualis est cucurbita, & cucumis, & capparis, omnia poma, oleæ, cocleæ, itemque conchilia. Ex oleribus valentior rapa, napique & omnes bulbi, in quibus cepam, allium que enumero, quam pastinaca, vel quæ specialiter radicula appellatur: item firmior brasica & beta, & porrum, quam cucurbita, vel asparagus, at ex fructibus surculorum valentiores vuæ, ficus, nuces, palmulæ, quam quæ poma propriè nominantur, inter carnes valentissimas suilla, Bubula, leporina, ceruina, *media uitulina, hædina, infirma agnina, inter Aues firmissima Anserina, & Anathina, palumbium, media perdicis Attaginæ, turdorum, inter pisces firmissima sturionis, muli, trottæ, lupi, lucij, dentalis, auratæ: infirma soleæ, passares.*

2. Medius.
3 Infirmissimus.
Cels lib. 2. cap. 17. Fructus olera.
Radices.
Cels. lib. 2. cap. 17. Carnes inter gradus firmissimæ, mediæ, infirmissimæ alimenti.
Pisces firmissimi mediocres ĩfirmissimi alimenti.
De vitijs oculorũ.

## SENTENTIA XXXV.
ex libro primo capit. 20.

### *De morbosa constrictione pupillæ & modo parandi extracta.*



*CVR. Auenzo. apponit medicamentum elixum in duplici vase & extractum postea per manicam Hipp. & colatorium, & denuo exsiccat colaturam illam, & illa vtitur ad remouendam constrictionem morbosam pupillæ? Extractum est tale; Recipe violarũ, buglossæ, an. vnc. 1. florũ nenufaris dracm. iij. aquæ pluuialis q. s. macerata coquntur in duplici vase*, donec aqua colorem mutauerit, & prædictæ res ad formam pastæ deue-

Modus conficiendi extractum.
Extractum.

deuenerint, postea extrahãtur, & tundãtur fortiter, & in panno lineo denso, subtili, fortiter exprimãtur, exiccentur postea in vmbra, dicta colatura formẽtur trocisci, quibus dum vult vti Medicus, dissoluat cum albumine oui columbæ, & in oculo mane & sero destillet? & hoc collyrium multum vtile existit mulieribus, pueris, & senibus, sed omnino siccitatem remouere, impossibile esse dicimus, sed humectabitur membrum ad suã naturalem humiditatem conseruandam, & iterum albumen oui columbæ cum viscositate gummi Arabici in oculum destillatum confert similiter.

De albumine oui columbæ.

## DILVCIDATIO XXXV.

De collyrio, & albumine, oui columbæ.

De modo cõficiendi extracta.

Facultas aquæ pluuialis.

Albumen oui columbæ.

Not.

*An mirificè ostendit Auenz. modum conficiendi extracta qui antiquissimus est, & non à recentioribus chymicis inuentus, immò modus iste facilis est paratu, & tutior quàm chymicus, hoc igitur extractum in duplici vase confectum ex illis plantis humiditatem naturalem conseruat, & maiorem vim humectandi, & penitiorem, aqua enim pluuialis impedit exiccationem fiendam ab igne, & vehementius allicit facultatem humectatiuam ab illis plantis, ad vmbram exiccatio etiã paulatim fit, & non violenter, vt magis conseruetur vis humectandi, pluuialis aqua tenuitate vehit, & penetrat, & humiditatem herbarum euocat, nam liquor, in quo elixantur herbæ, plantæ, fructus, animalia, & similia, quò tenuior, & subtilior, eò facilius & vehementius illarum virtutes educit, albumen oui columbæ minus humidum profectò est albumine oui gallinarum, quia hæ humidiores columbis, & minus calidæ, quare viscidıtate, & crassitie maiori, & siccitate & caliditate quadam præditum est, & melius hac de causa conseruat vim herbarum extractarum, & diutius oculo cohærere*

*valet,*

*valet, & humectationem moliri, his animaduersis ab Auenz. summa cum peritia probat etiam albumen oui columbæ cum viscositate gummi Arabici.*

## SENTENTIA XXXVI.
Ex lib. 1. cap. 21.

### *De uisus debilitate ex penuria & paucitate spirituum Animalium uisibilium.*



*VR* comedere oua columbarum decocta cum rapis, aut vitella ouorum gallinarum elixata in aqua cum sale, confert debilitati visus? 36. De vitio oculi hebetudine,

### *DILVCIDATIO XXXVI.*

*Affirmat Celsus lib.* 2. *cap.* 17. ouum durum valentissimæ materiæ esse, molle, vel sorbile imbecillimæ, *an cocta ab Auenz. sint dura, vel sorbilia, vel mollia? credendum, potius sorbilia, & mollia, vel iuribus commixta;* durum profectò valentissimum nutrimentum præbet, sed difficillimum concoctu, *vt dicit Galenus nulla est inter hos discordia lib.* 2. *cap.* 22. oua sorbilia *inquit Celsus* crassiorem pituitam faciunt, *an quia non solum uitellum, sed albumen ingeritur, & hæc duo simul potius succum craßum & sanguinem gignunt; quare, & pituitam iam genitam crassiorem efficere ualent? lib. de tuenda, & primo ad Glauconem statuit Galenus,* oua sorbilia, & vitellum bilem incrassare, *uideamus modo practica documēta nobis relicta ab Auenz. summo cum artificio; tres oriuntur indicationes in curanda debilitate uisus, una à spirituum paucitate, quæ indicat abun-*

Celsus lib. 2. c. 17. De ouis columbarum, & gallinarū.

3. de alim. fac. c. 22. Dubitatio de ouis Lib. 2. cap. 23. solutio.

Li. de tuen. valet. 1. ad Glauc. ca. de tertiana,

Debilitatis visus curatio. Prima indicatio.

*dantiam gignendam, & restaurationem, hæc uerò non fit, nisi obiectiuè, & materialiter ab alimentis optimi, & plurimi nutrimenti, quod simile præbent oua, altera indicatio oritur à quantitate spiritus, quæ producitur à cerebri temperie symmetra, & accommodata, talis conseruatur ab ouis, & resarcitur, quatenus ipsa temperata potius substantifice humectant, & calefaciunt, tertia indicatio nascitur ab oculi temperie, constitutione, & confirmatione, quæ naturalibus similibus est conseruanda, sed dum aliquantulum à natura recedit, ut in hoc casu præsertim in senibus naturæ ficcioribus, corrigenda uenit humidis substantificis; his dotibus gaudent oua columbarum, & gallinarum, atque rapæ, ut supra dißertum fuit, & his tribus indicationibus satisfaciunt præsertim rapæ decoctæ cum ouis columbarum, humectationem ouorum augent, & penetrationem, sicuti sal ab ouis gallinarum elixatis superuacaneam humiditatem remouet, & tale alimentum ad oculos uehit: optima igitur methodo Auenzoar composuit hæc remedia cibalia, & ut iubet Hippocr.* sunt medicamenta in alimẽto, *animaduertit basim, quæ indicatur ab affectu principali, cogitauit corrigentia, quæ à basi indicantur, & perscrutatus est adiuuantia, quæ indicantur partim à basi, partim à corrigentibus, partim aliquando à materia, & confirmatione sedis affectæ, sed plura de ouis disseruit Galen. tertio de aliment. facultatibus cap. 22. hæc à bonis Auibus eligantur,* vti gallinis, columbis, & fasianis; Anserina, & struthio camelorum. deteriora sunt, *secundo* vt recentia, & recentissima sint, & *tertio* penes coctur æ modum, sorbilia, & tremula bonum præbent alimentum, assa verò inspissata igne, vel sartagine, vel dura pessimum communicant, difficilè concoquuntur, succum crassum gignunt, ipsumq; prauum & excrementitium, demũ suffocata elixis, & assis meliora, parata ad hunc modum oleo, garo,

[Margin notes: 2. indicatio. — 3. indicatio. — Oua columbarum gallinarum. Not. — Q. Not. Compositio medicamenti quomodo facienda à quibus indicatur basis. Corrigentia adiuuantia. 3. de alim. 20. Conditiones ouorum. Prima. Secunda. Tertia. — Not. Quid sit. Modus coquendi in duplici vase.]

garo,& pauco vini conspersa ponuntur in vase, & hoc in cacabo aqua calida pleno, nempè duplici vase supernè obturatur, ignis substruitur, quo ad oua mediocrem conquisiuerint consistentiam.

## SENTENTIA XXXVII. cap. 21.

### *De visus debilitate, imaginibus, deprauata uisione.*



*VR statuit Auenz.* comedere pullos columbarum coctos cum rapis absque capitibus, & collis, vel gallinam decoctam cum prædictis pullis & rapis conferre visus debilitati, & imaginibus?

## DILVCIDATIO XXXVII.

*An pulli columbarum absque capitibus & collis magis nutriunt, calefaciunt, & humectant?* capita verò, & colla, censentur obtinere proprietatem efficiendi cæcitatem, *fortasse nimium sicca* & dolorem capitis pariunt, *libro* 2. *trac.* 7. *cap.* 18. cerebra verò augent intellectum, *quoniam temperati nutrimenti existunt, & cerebrum humanum humidum ab excrementis liberant, & ob similitudinem mixtionis, & temperiem confortant ad animales spiritus validiores, et puriores gignendos, tanquam organa intellectus; rapæ coctæ cum pullis columbarum reuellunt (vt dictum fuit) vapores, & succos ad vrinam alliciunt, ariditatem emendant, pariter gallinæ coctæ cum pullis prædictis, & rapis augent substantiam, sanguinem, & spiritus, atque etiam illustrant; iuscula etiam prædicarum summam opem conferunt huic visus debi-*

37. Cura imbecillitati visus, & deprauati.

Lib. 2. trac. 7. c. 18.

Not. Rapæ cum pullis coctæ.

*litati, augendo, & multiplicando visibilem spiritum, qui ex puriori spiritu vitali, aere etiam per os, & nares attracto, in cerebri merabili rete generatur. Celsus lib.3.c.12. practicum documentum nobis donat, inquiens* pertinaciam iuuantis malum corporis uincere, *& famem vtilem non esse, cum morbi inueterascunt, sed de his in consilio in tertio Cosmitore pro uiro nobilissimo à secretis B.PP.*

Spiritus animalis generatio.

Cels. lib.3. cap.12.

## SENTENTIA XXXVIII.

Ex lib.1. tract.8. cap.30.

### *De nimia subtilitate spiritus uisibilis, & ipsius crassitie.*

38. De spiritu visiuo.



Rbitratur *Auenz.* si spiritus visiuus fuerit nimis subtilis, & plus debito, videbit solum propè, & non longè, & si crassus vltra debitum, videbit longè, & non propè, ita etiam statuit Galenus, Aetius.

### *DILVCIDATIO XXXVIII.*

*Omissis aliorum sententijs statuendum primo iure merito visionem fieri, dum species visibilis in Aere luminoso ad ad oculi cristallinum, seu grandinosum humorem, tanquam ad speculum peruenit, receptaque ibi tanquam imago in speculo lucidior dignoscitur à facultate animali sensitiua visiua, quæ præcipuè inhabitat in ipso cristallino, & vtitur suis organis perspicuis, adiuuante spiritu visiuo reddito tali à toto temperamento oculi & conformatione humorum, albuginei, & vitrei tunicarum, corneæ, adnatæ, ragoidis, seu vueæ, & retinæ, non enim extra oculum & cristallinum materialis facultas visiua fluit, & ad astra euolat,*

Quomodo fiat visio.

De visione not.

*sed*

*sed solummodo propè oculum ambit quidem splendor, emicans, & emanans ab oculo & spiritu visiuo, qui non solum in neruis opticis sed aretina, cristallino, & toto oculo vagatur sicuti à candela acensa in lanterna, effunditur lumen, & splendor; Galenus potius opinionem Platonis de extra missione sequi videtur, non Aristotelis per intromissionem, id circo inquit*, si spiritus visiuus multus, & purus erit, longè, & propè cernet, si purus & paucus propè tantũ: si crassus & multus longè: si verò paucus & turbidus nec longè, nec prope: *hæc Gal. Verum si respicimus non solum spiritus substantiam, colorem quantitatem, qualitatem, & motum, sed etiam humorum & tunicarum, statuere possumus, sicuti in pauca aqua, & clara species in fundo apparet, in multa & clara minus, in crassa & multa obscura vndique cernitur, pariter in turbida, & pauca, præterea cum visio per conum fiat directè, quò acutior conus, pyramis, & angulus, eò facilius penetrat, species à longinquo proueniens acutiorem angulum, et conum parit, quàm propinquior: his facile deprehenditur summo cum artificio Auenzoarem fuisse Galeni imitatorem, & censuisse visiuum spiritum plus debito subtilem, solum propè, & non longè visionem conciliare, nam licet de quantitate pauca, vel multa nihil dicat (quæ summopere confert visioni,) nimis purus, & subtilis speciem propinquam cum angulo obtuso recipit, & retinet, distantiorem vero & à longinquo cum angulo acutissimo comprehendit, at non retinet, quia paucissima pertransit vltra, et quasi annihilatur in illo subtili spiritu; si multus, cernit et longè, quia multitudo facit etiam maiorem profunditatem, propter quæ species vnitur & retinetur, minime tandem, si paucus, et purus: similiter hęc aptare poßumus albugineo pauco, multo, puro & impuro, si craßus turbulentus fuerit spiritus, longè cernit, nam species longinqua, & à multo Aeris*

*spacio*

Conciliatio.

Arist. sententia.

Conciliatio.

Galeni opinio & platonis.

Alia dilucidatio de visione.

Visio per conum di recta.

Not.

Auenz. & Galenii opinio eadem. de visione.

Alia consideratio pro visione. Ratione humorum

*spacio illustrata acutissimo angulo recipitur, & conseruatur à turbulentia, at cum species sit acuta nimis turbulentiam illam illustrat, & penetrat, verum si multa sit turbulentia, & copia spirituum acutissimum & longissimum videt, si autem pauca fuerit copia, & turbulentia propinquiora, vnde sæpè multi in senili ætate melius, & acutius cernunt, quam in iuuentute, fortasse spiritus, qui erant in iuuentute tribulentiores, & crassiores, in senectute euadunt puri, & qui in iuuentute aderant nimis puri, & pauci, species non retinebant, sed vltra tranare sinebant; è contra aliquando contingit ob has causas, variata natura spirituum, & humorum, quæ omnia semper in uitijs, & affectibus oculorum sunt à medico practico diligenter expendenda, vt accommodata remedia inueniat, inuenta præparet, & præparata administret tutò, citò, & iucundè.*

Dubitatio cur aliqñ senes melius videant quam iuuenes.

Solutio.

## SENTENTIA XXXIX.
### Ex lib. 1. tract. 9. cap. 2.

### *De ægritudinibus mediæ partis cerebri.*

39. De vitijs mediæ partis cerebri.

CVR media pars cerebri vere cerebrum existit, & rectè cerebrum naturale appellatur *ab Auenzoare, non nè reliquum cerebrum est eiusdem rationis?*

### *DILVCIDATIO XXXIX.*

9. De media parte cerebri.

De sede animæ rationalis in cerebro & corde,

*An fortaßè Auenz. talem denominationem promit, quoniam in media parte cerebri viget anima rationalis princeps quoad eius manifesta opera, sicuti eminenter & primo in corde sola sicuti ceteræ totalitate essentiæ manent, extenduntur postea ad organizationem totius, sola rationalis à Deo*

*creata est tota in toto, & tota in qualibet parte, tetragona continet trigonum vegetatiuũ, sensitiuũ & vnica in hominis corde? an quia illa pars temperatior, & purior anteriori, & posteriori? anterior enim humidior excrementis vberrimè scatet, posterior durior, & torculari sanguine referto præstat, inde nuca calidior teste Aristotele & Galeno, & vnita & septa: Media vero pars ab excrementis denudata, & alijs alterationibus, qualitatibus primis, & secundis temperatis gaudet (non totum temperamẽtũ animalis semper est calidum & humidum ad munera vitæ & animæ) non admodum calida, frigida, humida, & sicca apparet, non spiritu animali excellenti humido ornatur, qui his de causis magis imaginatrici, & visui accommodatus inseruit in anteriori parte, non admodum siccus, qui motui, & sensui tactus in posteriori operam nauat, media inseruiens cordi operationibus manifestioribus intellectus primæ simplicium apprehensioni, secundæ compositioni, & diuisioni, affirmanti, & neganti, tertiæ discursui syllogistico satisfacit, colore, puritate substantiæ, cerebri, temperiei moderatione & spiritui, & ijs, quæ sequuntur temperiem, & his, quæ accidunt compositioni, & structure, nam in corde ob nimiam ebullitionem & calorem sanguinis & spiritus uitalis hæ operationes non ita lucidæ, & conspicuæ apparent, licet anima rationalis ibi tota sit, meritò appellatur verè cerebrũ, ad temperationem, ad vsum & ad rationem vt similare, & dissimilare à natura fabricatum & gratia manifestationis actionum sensitiuarum, & motiuarum, sed præcipuè gratia melioris vitæ intellectiuæ, in qua parte intellectus manifeste magis se exercet, & viget ac in corde illud vere cerebrum et naturale rectè vocabitur, quoniam valet operationem perficere, tanquam principium motus (non autem tunc denominatur naturale prout distinguitur ab organo facultatis sensitiuę,*

Cur & quomodo cerebrum medium appellatur vere cerebrũ & naturale.

Naturale tribus modis appellatur primo.

*ſitiuæ, vel motiuæ, vel prout diſtinguitur naturale ab anima abſolute, vti anima non ſit natura, ſed ſupra naturam formæ vero naturales infra animam collocentur) ſed in præſentia accipitur ab Auenzoare rectè naturale, quatenus principes operationes dilucide & notanter exercet, prout ei à natura constitutum fuit, & quatenus habet ſubſtantiam, temperiē, cōformationem, puriorem cęteris partibus, ad illas dilucidandas, & illa media pars & ſedes in ſui perfectiori, & puriori natura exiſtat, quam reliquæ, quæ etiam loco, officijs, obiectis, operibus, notis diſtinguuntur, & ſegregantur: vt alibi oſtendimus non ſolum ex Arabum ſententia, ſed Hippocrates Galeni & omnium græcorum.*

## SENTENTIA XL.

Ex loco citato.

40. Cur cerebrum poſterius fortius, quàm medium.



*VR putet Auenz.* partem mediam cerebri minimè ſubſtinere poſſe virtutes medicinarum fortium, ſicuti poteſt anterior, & ad hnnc longè minus quam poſterior?

## DILVCIDATIO XL.

De media, & poſteriori parte cerebri.

*An propter cōmiſſurarum maiorem dilatationem, & pororum reſerationem, tunc enim fortia medicamenta imprimunt vim ſuam, calida, vel frigida, ſicca, vel humida ſint, deinde temperata iſta pars magis obnoxia exceſſibus omnibus quam ſi aliqua excelleret qualitate, anterior verò nimis humida, quaſi hebes etiam excedentem humiditatem ſuſtinet, (ſimile minus patitur à ſimili) patitur frigiditatem & contrarias etiam caliditatem, & ſiccitatem, facilius reſiſtit etiamque longè minus, quàm poſterior rationibus adductis, non tamen mini-*

*minimè, vt in cõparatione anterioris: attemperatur cor à cerebro, & spiritibus, & venis, arterijs, fluxu, & refluxu, et respiratione, causa autem adimitur eius calor indifferẽs uniuersalis ad omnia membra viuificanda.*

## SENTENTIA XLI.

Lib. 1. tract. 9. cap. 2.

### *De natura cerebri, & medicamentorum.*



*Arrat Auenz.* partem mediam cerebri minimè ratione anterioris, longè minus ratione posterioris sustinere virtutes medicinarum fortium, & propter commissuras cranei, ibi magis reclusas, & postea dicit etiam & propter cerebrum magis ibi humidum, & molle, causa cuius humiditatis & mollitiei mala qualitas citius, & leuius dissoluitur, & remouetur. De media parte cerebri.

## *DILVCIDATIO XLI.*

*Sanè rectè animaduertere oportet, quid Auenz. intelligere vult per cerebrum magis humidum, & molle, secundo per citius, & leuius dissolui, & remoueri ab eo qualitatem malam: videtur partem mediam non posse esse magis humidã, & mollem anteriori, cum & auctoritatibus Galeni et omniũ medicorum ipsa humidissima, sensui & rationi innotescat, pars media temperatior; quomodo igitur nominatur magis humida, & mollis ab Auenzoar? An duplex humiditas, vna Aerea, altera Aquea, humiditate quidem non Aquea, vt anterior, & excrementis pituitosis abundans, sed humiditate Aerea substantifica, & humido radicali copiosior (ignoto re-* 41. Dubitatio de humiditate medij cerebri. solutio. Quo humida & mollis pars media? solutio. Duplex humiditas vna aerea, altera aquea.

Duplex mollities aerea,& aquea.

Qui ualent ingenio.

Ingenij vires.

Memoriæ cōditio.

*centioribus nonnullis) quoniam etiam calidior est natiua caliditate temperamēti, vbi enim calidum innatum superabundat seminale, aut menstruale, ibi etiam humidum seminale, & menstruale, & radicale excellit, quæ omnia ad mixtionem illius partis intrinsecè concurrunt, & similaritatem pariter mollities, non aquea, non excrementitia, sed aerea, & pura existit, vnde hac mollitie decorati valent ingenio (teste Aristotele) ad inuenienda, & recipienda phantasmata & discurrenda præstant, memoria verò carent, potius in sicco, uiscido, & tenaci reposita, è contra Aerea substantia cerebro contrarias operationes exercet, inuenit quidem facilè, omnia enim obiecta recipit à cerebri substantia aerea mollitie & humiditate donata, plura obiecta dijudicat, recipit & facile dignoscit, nouas inuentiones ex conceptis obiectis valet fingere, discurrit etiam facilè, nam vbique versatur, & spiritus etiā animalis illa mollitie, & humiditate aerea, calida, & humida substantia, & qualitate diaphana hùc, & illùc facilè fluitat, & ordinat fantasmata, & cognoscit quid ante quid, quid post quod, & dependentiam effectus à causa, & efficaciam productricem causalitatem effectus necessariam, vel simpliciter, vel secundum quid semper, vel vt plurimum probabilem: et nos alibi in sermonibus Academicis, in Elucidario, & Cosmitore in lib. de Idea, & Theatro locuti fuimus & de varijs ingenijs, & eorū natura, viribus, principijs, partibus et passionibus ingeniorum: de hac humiditate, & mollitie aerea differit Auenzoar, quæ iure mediæ substantiæ cerebri competit, non caret calore aereo & temperato tanquam opifice mediocri omnium nostrarum operationum instrumentaliter tamen:* anima enim primum est principium operandi formale & efficiens, quò viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus) sicuti est actus primus corporis naturalis organici potentia vitam habentis, *ei corpori organico primum*

Quid sit anima.

Quid facit sui præsentia.

*mum esse, & perfectionē tribuens; et deinde operationem; id circo si intemperies aut humor nocuus, hanc partem aeream mollitie, & humiditate exornatam occupauerit, citius dissoluetur, & remouetur, nam aerea substantia facilè dissipatur, & leuius, & a leuiori medicamento: nā eius pori sunt aperti, facilè aditum vi medicamenti præbent, tandem Auenz. affert aliam rationem cur à vehementibus medicamentis, & præsertim frigidis abstinendum sit? inquiens* esse mineram & radicem, & fontem aliarum cellularum, *idest sinuum & ventriculorum cerebri, hoc in praxi obseruandum, & ab Anatomicis non adnotatum vsque adhùc, & his respectibus conciliantur discordiæ inter Aristotelem & Galenum.* Quæ pars cerebri magis medicamētis resistat, aut minus. Cur media pars cerebri sit minera, fons, radix aliorū ventriculorum. Not.

## SENTENTIA XLII.
ex lib. I. tract. 9. cap. 4.

### *De passionibus cerebrum posterius occupantibus.*



*VR* posterius cerebrum melius, & facilius virtutes & potentias medicinarum alijs partibus ipsius cerebri, *idest media, & anteriori* sustinere valet? 42. De vitijs cerebri posterioris.

## *DILVCIDATIO XLII.*

De parte cerebri posteriori, & nuca, & virtutibus illius.

*Sustinere aliquid, & cōtraagere, et resistere commonstrat, contra agit quidem qualitatibus, & formis validioribus insignitū siccitate, calore, et virtute naturalis animæ uegetatiuæ, & robore sensitiuæ docet Auerr. cerebrum posterius forma com plexionali, & compositionali magis præstare, resistit etiam* Q. De actione & reactione. Duplex forma accidentalis complexio, & cōpositio. Tertio est forma substantialis, quæ vtitur illis duabus.

*ratione materiæ duræ ac crassæ, reagens agendo patitur, & resistens resistendo agit, uel absolutè patitur meritò primæ materiæ, & corporum elementorum absque qualitatibus; formæ verò substantiales, uel accidentales natiuæ, & adscititiæ, & reagunt, & repatiũtur, & resistunt. sed diuersimodè, substantiales quò ad actum secundum non habentes contrarium, nec recipientes magis & minus minimè quò ad primum, accidentales contrariorum susceptiuæ, intensionis & remissionis magis & minus quò ad primum secundum, & reagunt, & repatiuntur resistuntque: præterea ossa posterioris capitis duriora transitum difficilè præbent medicamentis, & substantia cerebri crassior, durior, spissior etiam poros longè densiores, corpulentiores, cæteris cerebri partibus obtinet, densiores quidem sunt exiguitate foraminis, corpulentiores molę materiæ, duriores merito substantiæ, quæ non cedit in seipsam, sicuti mollis, quæ facilè cedit in seipsam.*

De actione, & reactione, resistentia formarum. De formis accidẽtalibus. De formis substantialibus. De poris. 4. Meteor.

*Quæritur an densitas pertineat ad numerum, uel ad figuram foraminum, quo numerosiores, eò uidentur densiores, quò strictiores figura, eò densiores apparent, et hoc nomen densum utroque modo aliquando usurpari, & quo ad numerum, & quò ad figuram, rarum & densum, durum, & molle, crassum, et tenue sic differunt, & inter se oppositè contrariantur.*

Q. De densitate pororum, ad numerum.. l. figurã. Conciliatio. Densum, & rarum dupliciter vsurpatur.

## SENTENTIA XLIII.

Ex lib. 1. tract. 1. cap. 7.

### *De Epilepsia.*

43. De Epilepsia quid sit, causę eius internæ & externæ.

*QVæritur, cur Auenzoar asserat, Epilepsiam quæ est ingens resolutio totius corporis animalis cum aliqua conuulsione propter nimiam copiam spirituum animalium in ven-*

*ventriculis, & poris cerebri retentorum p. n.* (oriri tantũ, vel ab humore pituitoso, vel melancholico, vel à vapore, & fumositate ascendente ad cerebrum resoluto ab aliquo humore corporis extraneo, & horribili? *videtur enim etiam humor biliosus, & sanguineus posse ventriculos, & poros cerebri coangustare, & cohibere spiritum animalẽ, irritare mẽbranulas ventriculorũ & initia neruorũ farcire, vnde exurgunt variarum partium conuulsæ motiones, deprauatæ agitationes, immò potius à multis animaduertitur à vapore tantum produci, enimuerò citò fit, & cito desinit &c.*

Noc. Dubitatio. Solutio.

## DILVCIDATIO XLIII.

*An sanè dicendum, originem ducere, vt plurimum à vapore acri, & maligno, aut copioso irritante, raro ab humore, & copia, & qualitate molesto? quem postea natura, & calor cito discutit, & expellit, à pituita, & melancholia sæpè, raro à sanguine excitatum (benignus humor non lædit,) raro à bile, hæc in celebro frigido & humido non gignitur aut pauca & impura, & citò vt acris & mordax expellitur, Auenzo. Auic. & Gal. expendunt ea, quæ vt plurimum contingunt in genere, & in specie.*

Epilepsia & eius essentia, causæ.

Conciliatio autorum de epilepsia.

## SENTENTIA XLIIII.

Loco citato.

### *De epilepsia, quæ virtute celestium corporum habet paroxysmos.*



*VR in hac ægritudine epileptica* paroxysmi, sicuti in febribus, & crisibus ex operatione, & virtute supercælestium corporum sequuntur motum lunæ?

44. De periodis crisibus, & causis earũ

*DILV-*

## DILVCIDATIO XLIIII.

44. Not. causæ epilepsię, de puriodis, & crisibus.

De causis periodi internis & externis

Causæ cælestes & elementares ad periodos & crises.

*Licet verum sit, paroxismos febrium, & crises, & epilepsiam immediatè à natura, & eßentia humoris, secundo et à determinata affectione membris impressa, tertio ab humore, quæ irritāt expultricem determinato, & statuto tempore, attamen instrumentaliter aliæ etiam causæ internæ, vt habitus, temperies, ætas ægri, coadiuuant, & externæ vniuersales vt ordinatæ, & regulares accommodatæque naturæ huius, vel illius humoris concurrunt, suntque celum, & Astra, & potissimum planetarum lumen, & motus, quæ vniuersaliter non solum regunt, & gubernant hunc inferiorem mundum, sed particulariter etiam huic vel illi subiecto lunari, vel mercuriali, vel venereo, vel martiali, vel solari, vel Ioviali, uel saturnino se accommodant, & ita humoribus, adeo vt coadiuuent naturam singularem, & proprietatem humoris emanātem à forma substātiali cum determinata materia, & qualitatibus indiuiduantibus ipsam, vt quarta die inuadat paroxismus ortus ab humore melancholico specifica forma & proprietate commota potissimum à lumine et motu Saturno, tertia die à Bile agitata à Marte, quotidie à pituita commota à Luna uespertino tempore, & hora matutina sanguis directus à Ioue, & Sole suum motum exercet; sed reperiuntur etiam alij paroxismi, uel potius circuitus, & inuasiones, quæ singulo mense, uel Anno excitantur uel à solis circuitu, uel à lunæ plenilunio, & coitu, tunc lunæ motus & lumen pituitam auget, & cerebrum disponit, maximè ob humidam, & frigidam temperiem, ita sanguis à Sole, & Ioue similitudine, proprietate concitatur: ita bilis à Marte, melācholia à Saturno; immediatè tamen semper hi paroxysmi, hi motus ab humoris proprietate, & specifica forma originem du-*

Causæ periodorū. periodus quartanæ à quibus.

Periodus tertianæ à quibus.
Periodus quotidianę period⁹ sinochi de circuitibus annuis, mensalib. &c.

Pituita à lumine & motu lunæ.

Sanguis à lumine & motu solis, Iouis bilis à marte Melācholia à saturno.

*cunt:*

*cunt: & Auenz. ratione & experientia, & auctoritate Hippocratis & Galeni, nec non Aristotelis edoctus hanc ueritatem nobis manifestare studuit, sed de periodis, & causis longam orationem habuimus in nostra praxi uniuersali de malignis affectionibus, ostendimusque pro uiribus tutiorem sententiam, atque in secundo & tertio Cosmitore, & Elucidario Anatomico.*

## SENTENTIA XLV.

Loco citato.

*Cur epilepsia in somno sit leuior, quam in vigilia.*



*Tatuit Auenz.* epilepsiam, quæ in somno accidit dormiendo ex leui causa fieri, si in vigilia curam grauem & difficilem valde existere, & si paroxismi eius longè valde protrahantur, curam impossibilem. 45. Cur epilepsia in somno leuior.

## *DILVCIDATIO XLV.*

*Licet e contra accidere deberent, quoniam in nocte omnia grauiora uidentur, humor frigidior, dissipatu difficilior, ad cutem egrè tendens, et in centro corporis residens: uigilia uerò ad circumferentiam, calorem, spiritus allicit, poros aperit, & breuiorem concitat paroxismum, an dicendum ex Hippocrate* quæ naturæ conueniunt morbi, minus lędunt, *& minus à naturali statu abeunt, facileque causæ generantes oriuntur, ideo in noctè facilius generatur pituita, & leui de causa ob Aeris frigiditatem, dissipaturque facile ob calorem ad intra concentratum, è contra si in diè fient hæc, præmonstrant causam prępotentem, & magnam, ut decernit Hippocra-*

45. De epilepsia & cura eius in nocte, aut vigilia. not.

Solutio 2. aphor.

*pocrates de febre ardente in sene: grauior est in die Epilepsia, curatu difficilis, & proximi longiores, signum enim uigiliam non potuisse obsistere neque poros apertos conseruari, neque calorem ueiuaciorem, eoque magis, quia differit Auenz. de epilepsia per essentiam in cerebro, non autem per consensum, & potissimum de pituitosa.*

## SENTENTIA XLVI.

### *De cura epilepsiæ & cur exordienda ab inferiore capitis, & odoribus.*

46. Cura epilepsię.



VR in curatione epilepsię est inchoandum ab infusione capitis cum oleo amigdalino, continuò odorando poma aromatica, comedendo amigdalas nocte vna infusas aqua? *imo Auenz.* cibat eos testiculis gallorum Iuuenum, & alijs ipsorum, molli lecto iacere, & cauere à cogitationibus, & curis probat?

### *DELVCIDATIO XLVI.*

46. Nota cura epilepsie. *Non quidem præincipit Auenzoar curam vniuersalem, sed habit a primo totius prouidentia, tunc præsidia topica admouet capiti, & videtur dubium, cum loquitur de Epilepsia per consensum, cur tunc potius à parte mandante exordium sumpsit;* Solutio. *oleum igitur amigdalinum iure infundit capiti, tanquam indicatum à materia melancholica frigida, & sicca, à poris clausis, aperit poros, humectat, calefacit, & emollit principia neruorum: ita amigdalæ nocte aqua infusæ caput petunt & fumositates, & siccas exhalationes medicantes humectant, & emolliunt, vnde in hoc capite dicit à siccantibus ab-* Not.

*stinen-*

*stinendum, nam quæ nimis principaliter exiccant, acuunt humores, & magis irritant; sed si administrantur in minima copia, & gratia vehiculi, non inutilia sunt, & quatenus pituitosa excrementa egent incisione, & abstersione. Celsus lib. 3. cap. 23. & Gal. 3. de loc. aff. 2. aphor. 45. 5. Aphor. 7. varia nomina proponit, comitialis morbus, sacer, epilepsia, caducus, sonticus, Herculeus, lunaticus, infantulus, fœdus, acutus usque ad 14. diem, quem si pertransit, cronicus appellatur, homo hac affectione vexatus* subito concidit & ex ore spumam emittit vt plurimum deinde interposito tempore ad se redit, & per se ipsum consurgit, sępius viros quã fæminas occupat, *menstruæ enim purgationes singulo mense à prauis excrementis corpus emundant, an vapores non ita acres gignuntur, an magis temperantes viris?* solet quidem etiam longus esse vsque ad vitę curriculũ, aliquando (*docente Hippocrate*) mutatio ætatis, victus, & Aeris sanat, *nam cum distensione membrorum aut neruorum prolabitur quis, modo sine illa? cur* vbi concidit, si nulla distensio neruorum accessit, vtique sanguis mitti solet, si distendantur, non vtique mittendus, nisi alia quoque suadeant? *an distensio copiam vitiosi succi, & acris præmonstrat, non autem sanguinis? an vires nimis consternat, si tamen etiam ætas, virtus hortetur, & copia sanguinis indicet, educendus is erit.*

De exsiccantibus.
Conciliatio.
Cels. lib. 3. cap. 23. Gal. 3. de loc. affec. 2. aphor. 45. 5. aphor. 7.
Ortus epilepsiæ.
Cels. loc. cit.
Quæsiti. Solutio.
Cels. loc. cit.
Dubitatio. Cels. loc. cit. De distensione & cur non mittitur sanguis.
Solutio.

*Deinde quæritur cur* die tertio cum transit hora, qua concidit, dandus est cibus: *An inedia repletionem tollit, & quando agendum indicatur ab vrgente pręsente, & ceteris indicantibus potentiori in paroxysmo, & exacerbationis hora, & suspicione cauendum, cibum exhibere, ne duobus grauata natura cibo, & morbo ab opere distrahatur.*

De cibo die 3.

*Cur cibos neque minimæ, neque valentis; et maximæ, sed* mediæ materiæ *præbet Celsus? & Auenz.? An* viribus

De cibis in epilepsia ex celso cura. Cels. loc. cit.

opus eſt, & cruditates cauendæ, ſi medicus acceſſit non primo die, ſed eò, quò cadere conſueuit, *tranſacto eo*, vtendum vel ſanguinis miſſione, vel eductione Alui, vel nigro veratro, vel albo, corpus & caput oleo vetere mulciatur frictione poſtea, radatur caput, inungatur oleo veteri adiecto aceto, & nitro: occiput, & vertebra aduratur duobus locis, vt per ea humor pernitioſus *cuadat*.

De vſtionibus.

*Sed quæritur etiam*, cur aquam coctam bibere ſemper debeat, aut cum caſtoreo, *an vinum nocuum* eſt cerebro & neruis nimis replendo?

De vſu aquæ coctæ

## SENTENTIA XLVII.
Ex lib. 1. tract. 9.

### *De Melancholia Hipocondriaca.*

47. De melancolia. De calore extraneo.



CVR calor extraneus adurit, & eſt cauſa accidentium imaginationum melancholicarum, & in fumos malos cibum conuertit, naturalis autem concoquit, & digerit? & ex iſtis vaporibus, & fumoſitatibus aduſtis ſequitur perturbatio intellectus ex melancholia: *Hæc Auenzoar.*

### *DILVCIDATIO XLVII.*

De calore naturali & ſpeciebus in homine. De extraneo & quot modis fiat. Quotuplex calor innatus & naturalis triplex. Semineus mēſtrualis, alimentalis, inſitus, influens.

*An calor extraneus poteſt eſſe in eodem gradu, & manſione, ſicuti naturalis, attamen non omnes conditiones calidas, & humidas, & proprias humanæ mixtioni obtinet, naturalis quidem à corde per arterias, ab Hepate per venas & influens appellatur, ſtabilis deinde, & innatus duplex eſt primus in humido radicali ſemineo, vel ſanguineo, ſecūdus in par-*

*partibus alitis post primam formationem fetus, & genitus ex alimento; vterque producit calidum innatum temperamenti vel natiui seminei, & sanguinei, vel acquisiti ex alimento, nam præter humidum radicale alimentum superueniens complet partem, & auget fetum: semper calor naturalis est mitis & humiditati semineæ, vel menstruæ an nexus, est quatenus instrumentum accommodatum animæ vt naturalis, & vt proprius valet concoquere & omnia munera animæ obire, verum extraneus licet eiusdem gradus, & mansionis sit, (quod impossibile videtur,) tamen quia non est instrumentum naturale, nec proprium, nec natiuum insitumque à primordijs, animæ non inseruit, ineptumque omnibus operationibus censetur, sed vt elementalis tantum agit, non vt instrumentum animæ, finis quidem elementalis, & actio est exiccare, & calefacere, & ad ignem omnia conuertere tanquam ad similitudinem sui, adurit igitur cibum, exiccat, & fumos eleuat, licet exiguus pauxillusque sit ex. g. in lue Venerea humores exusti apparent, nam calor extraneus exiguus, annectitur, & adhæret & inhæret virulentæ substantiæ.*

Not. de primo ortu caloris.

Natura caloris humani, & eius opera.

Extraneus calor quæ facit.

*Dicet quis, si erit calor Aereus, non igneus calefaciet, & humectabit, & non aducet; pariter si esset in sanguine, aut in pituita, quomodo igniet, cum non sit naturalis pituitæ vel sanguini nequit naturaliter humectare, sed quatenus alienus naturæ illorum destruet complexionẽ, ergo ardebit & dissoluet humidum radicale, deinde Aereus nequit esse, at esto, esse aereum sui natura, attamen respectu humorum, spirituum, & membrorum humani corporis erit alienus & extraneus vocandus, non autem instrumentum animæ at cum his dotibus careat, inseruire muneribus & actionibus prodeuntibus ab anima nequit sed operatur non regulatus ab anima, sed à natura propria, & à forma vel ignis, vel Aeris, quæ inten-*

Dubitatio de calore aereo, & igneo.

Solutio.

Solutio.

Q. Not.

Alia est opera caloris regulati ab aĩa alia regulati à forma ignis, uel aeris uel mixti ĩanimati

*dit omnia ad sui naturam transmutare, dum enim quærit Aereum à prædominio efficere dissoluit humorum naturam, & humidum, quibus dissolutis remanet pars crassior, & terrestrior. His sic expensis ab omni calore extraneo, vel igneo, vel Aereo primario, vel secundario semper humores educuntur in humano corpore, & præsertim in hippocondrijs, & ab his eleuantur fumositates, quæ corrumpunt æstimationes, & cogitationes, spiritus animales, & colorem cerebri sui præsentia, & tenebrosa substantia: de quibus in Cosmitore tertio nostro & in praxi vniuersali de malignis capit. de melancholia.*

## SENTENTIA XLVIII.

Ex loco citato cap. 12.

### *De Apoplexia, eius natura, & curatione.*

48. De apoplexia & cura.

De causis apoplexiæ.



*VR Auenz.* in forti Apoplexia docet curationem esse incipiendam ab inunctione capitis oleo rosaceo, & balsami decima parte permixto, & odoribus ambræ, moschi, nigellæ, deinde theriacam dilutam exhibet, his factis medicinam laxatiuam & sternutatorium administrat, si anhelitus melior fiat, & redeat ad naturalem statum?

## *DILVCIDATIO XLVIII.*

48. Apoplexia quid sit.

Et curatio.

*Apoplexia est morbus uniuersalis, & videtur à corde oriri mediate, immediate tamen est ablatio totius facultatis aīalis, cerebri propter angustiā substātiæ, et ventriculorū cerebri: vt oīs cognitio sensus, & motus cordis & cerebri, delegantis et delegati deleatur, etenim spiritus animalis instrumētum ani-*

*mæ*

*mæ specificatę in cerebro non permeat, sed præter naturā coercitus manet, ab angustia pororum, & meatuum, atque cauitatum, angustia producitur ab humore, vel uapore crasso. verum quò ad curationem, cur Auenz. non à pilulis, & laxatiuis exordium sumit? vniuersalia enim remedia, & reuellentia primo auspicanda*, & inter initia si quid videtur mouendū mouere oportet, imò in acutissimis nō est tardandū licet humor non turgeat, sed vergat ad principē locum, *nempè cerebri substantiam, & ventriculos, eosque firmiter quiescens occupet, & fortiter grauet, & angustiet? an magis in hoc casu localia sint indicata quam vniuersalia, quia tunc magis potest humor in cerebro fixus & adhærens, quam antecedens? magis humor ille in ventriculis & substantia cerebri residens, quam humor in totum abundans? quoniam si ibi diu perseueret, magis infigitur, & magis angustat meatus, vt actum de vita sit, merito Auenz. illicò, & primo succurrendum capiti iubet remedijs auferētibus frigiditatem, strictionem, & angustiam pororum, & meatuū, & non atrahentibus de nouo alium succum calore: profectò hæc euitanda, ne calore, dolore (quę duo tamē semper immediate ui uacui attrahunt) succos alliciant (corpore vniuerso scatente humoribus) si his administratis anhelitus melior fiat, & redeat æger ad naturalem statum, tunc tutò potest laxatiuum pharmacum exhiberi, cognita per illa signa virtute vigente, deinde facit eum sternutare, vt magis humorē coniunctum euacuet, tanta est enim vrgentia humoris, vt nimis quiescentis, & fixi substantiæ cerebri, & poris, ut ille citissime indicet eradicationem & euacuationem sui, sternutatio uero motus uehemens est membranarum cerebri, & humorem quiescentem & propinquum ad nares educit, tertio si uidet ad meliorem statum redigere, medicamentum electiuum trahens à capite crassum & pituitosum humorem antecedentem, & coniunctum propinat*

Cura.

Dubitatio cur non ab euacuāte exordiatur sed à locali.

Turgentia differt à vergentia.

Solutio.

De euacuante & locali.

Not. cura Topica cur & quando.

De anhelitu inspiciendo.

Not. de vsu purgantis & quando.

Sternutatio quid sit.

Not.

Quando de medicato purgante.
Cels.l.b.3. cap.27.
Dubitatio.

*pinat, quoniam hoc medicamētū purgans secundo loco est indicatum, & Celsus etiam lib. 3. cap. 27. fere eandem sententiam sustinet, inquiens*, si omnia membra vehementer resoluta sunt, sanguinis detractio vel occidit, vel liberat, aliud curationis genus vix vnquam sanitatem restituit, sæpè mortem, tantum differt vitam, interim infestat, post sanguinis missionem, si non redit & motus, & mens, nihil spei superest, si redit, sanitas quoque prospicitur, *an loquitur Celsus de Apoplexia forti immediatè à sanguine producta, uel principaliter, uel tāquā causa sine qua non? Auenz. uerò de pituitosa exactè simpliciter, unde ex Celso sanguinis detractio maximū & potens auxiliū deobstruendi uentriculos cerebri, & substantiā eius potest, si id non contingit, maximam copiam humoris crudi, & infixi, & vehementer obstructionem, & angustiam præmonstrat; medicamenti exhibitio non ita potens est, nec ita ab infarctu longinquo in cerebro, & ventriculis cito, et tuto liberat, ac uenæ sectio: admonet etiam Celsus uesicantia, rubificantia, picationem, & alia quamplura, quæ & euacuare, & alterare humorem coniunctum, & quiescentem valent; & hæc potius usurpanda post totius euacuationem: At Auenz. leuiora inter initia localia merito proponit, nam potissimum loquebatur de alia specie Apoplexiæ, & censuit experiri primo, an anhelitus, & tenor naturæ reuiuiscat, antequam grauiora remedia in medium traducat, nulla est inter hos Auctores discordia, & summa cum ratione uterque uaria proponit.*

Solutio.
De sanguinis missione & purgatione q. dubitatio.
Conciliatio inter Auenzoarem & Celsum.

Celsus.
Vesicantia dubitatio de medicamentis pro apoplexia.
De localibus.
solutio.

## SENTENTIA XLIX.
### *De Apoplexia.*

49. De potu in apoplexia. De siti. Dubitatio.

CVR *Auenz.* non potat ægrum Apoplexia occupatum, nisi siti valida crucietur?

DI-

## DILVCIDATIO XLIX.

*An potissimum differit de ea specie Apoplexiæ, quæ à pituita ortum ducit, (licet plures aliæ sint species ab humore melancholico, uel sanguineo, uel bilioso, vel mixto, vel flatu crasso benigno, vel maligno, (ut plurimum tamē & principaliter à pituita nascitur) & tunc illa sitis valida rationem subit adiuuantis, tanquam exiccans, & calefaciens pituitam, quare non est potus ei ægro tribuendus, nisi post ingentem sitim, & concinnatus medicamentis incidentibus, abstergentibus, & calefacientibus, qui quidem cunctis pituitæ scopis arrideat.* Dubitatio. solutio. Not. De siti. Quando potus & qualis Apoplexiæ conueniat.

## SENTENTIA L.
### Ex lib. 1. tract. 9. cap. 14.

### *De syrsen calido cum alienatione, idest Phrenitide.*



CVR non potest Medicus plenariè frangere febrem putredinalem solum cum frigidis absque læsione, & nocumento caloris innati? *cum febris sit calor extraneus accensus in corde, & in vniuerso?* 50. De phrenitide & curatione. Dubit. de febre, & vsu refrigerantiū. Q.

## DILVCIDATIO L.

*An si maximis refrigerantibus tertij, & quarti ordinis vtimur, potius constringent, & non reserabunt locum putredinis? & calorem innatum extinguent suffocatum frigore, et vaporibus putredinalibus? at si temperate frigida, & incisiua* Solut. de febre, & refrigerantibus.

*ſiua vſurpentur, vtrique ſcopo intendunt, calorem febrilem & putredinalem refrigerando, & cauſæ ſuccurrendo prohibitæ tranſpirationi obſtructioni, & conſtipationi? nam tranſpiratu libero calor innatus refrigeratur, euentaturque: vnà cum calore accenſo in putreſcente ſucco; cauſam quidem putredinis remouere oportet: vnde acetum conceditur, quod refrigerat, exiccat, reſiſtit putredini, & alia medicamenta ad focum putredinis ducit.*

De aceti vſu & facultatibus.

## SENTENTIA LI.

Ex lib. 1. tract. 9. cap. 15.

### *De priuatione intellectus, & frigiditate.*

51. De melancholia & curatione.



*VR in ægritudine melancholica, vbi imaginatio, vel intellectus prima, vel ſecunda, vel tertia operatione deprauatur & frigido, & ſicco humore, intemperie tenebricoſa ſpiritus animales deprauante Auenz. vtitur* oleo roſaceo ſuper caput patientis? *cum hoc oleum ſit frigidum & ſiccum? cur non potius camemellinum calidum, & humidum? cur non ſuper cor, ſi in eo eſt rationalis facultas?*

De vſu olei roſacei Cur.

### *DILVCIDATIO LI.*

Solutio.

*An ratione olei humectat, & ratione frigiditatis roſarum remouet calorem, vt ſomnus redeat? huiuſcemodi oleum inter initia indicatur à vapore melancholico eleuato, & ſpiritus animales atque phantaſmata agitante? an oleum roſ. (licet ſit frigidum) cõcoquit, & temperatum calorem cerebri adæquat, & adiuuat? ſecundo quæritur cur pro curanda melancholia* ius galli cum polipodio conſtruit? *& iubet* galli veteris

Quando, & à quo indicatur.

De iure galli. Q. Dubitatio.

crura,

crura, & ossa esse omnia frangenda cum carne, & pulpis galli?

## *DILVCIDATIO.*

*An medulla, & humor in ossibus galli ueteris uim possidet magis humectandi siccitatem humoris melancholici? & calefaciendi eius frigiditatem? præterea decoquit polipodium cum gallo, & iterum celebrata colatura adiungit unc. 1. polipodij, ut ius galli magis deiectorium efficiatur: axiomata practica obseruanda: & modus componendi medicamenta & cibaria. applicat cerebro tanquam instrumento præcipuo manifestatiuo operationum rationis, quòd cordi inseruit & famulatur: etiam crdi non inutile erit medicamentum admouere, mutuo enim consentiunt, princeps & minister.* Solutio de iure galli.

## SENTENTIA LII.

Lib. 1. tract. 9. cap. 16.

### *De Mania.*



*VR* senibus dum intellectus, & ratio deficit ob siccitatem morbosam cerebri, & diminutam substantiam, regit eos amigdalis dulcibus, & pane bene fermentato? Dubit. de amigdalis dulcibus, & pane bene fermentato senibus vtilib.

## *DILVCIDATIO DE MANIA.*

*Mania est deprauata existimatio, & cogitatio terrifica, aut tripudialis uerbis, & factis sine febre propter phantasma, & spiritum animalem igneum ab intemperie calida, & sicca cerebri anterioris, & medij, & colera, aut sanguine exusto,* De Mania, & eius curâ. Quid sit.

Cur amigdalę dulces vtiles senibus, & maniacis.

*quapropter cum amigdalæ augeant substantiam cerebri, & cordis humectent, & tanquam anodinæ sedent, & coerceant calorem, & agitationem phantasmatum, & spirituum omnium, conducunt, pariter etiam uua passa utilis est eis, quia impinguat hepar: præterea humiditas naturalis deficiens indicat sui restaurationem substantificè, & humectationem, amigdalæ dulces & passulæ nutriunt, & unctuosa humiditate amplificant substantiam, & humidum radicale, (alimentum enim semper calefacit & humectat ut alimentum,) augens innatum calidum, & acquisititium, substantiam deperditam resarciens, calidam & humidam, sicuti etiam panis bene fermentatus magis attenuat, minus incraßat, & permeat per uniuersum, & ad cerebrum longinquum membrum, unde Celsus lib. 2. cap. 23. statuit* panem sine fermento stomacho idoneum esse, *& panem fermentatum stomacho alienũ, an panis sine fermento, ut crassus adstringens, & adhærens, et magis nutrit, et robur stomacho inducit? cum fermento autem abstergit quidem ventriculum, & emundat à pituita? at si stomachus pituita sit immunis ratione fermenti, quod acidũ est, simulque acre quasi tenuitate partium frigiditate, & calore putrido, & alieno præditum nimis stomachum irritat, & pungit, & cito ab ipso egreditur: laganum tribuitur, quod est sine fermento ad incrassandam, & sistendam aluum, sæpè Auenz. panem absque fermento præbet multis in morbis, veræ tamẽ sunt hæ conclusiones, videlicet panis fermentatus facilius concoquitur à ventriculo, sed minus nutrit, sanguinẽ, mediocriter crassum gignit, Azimus verò difficilius concoquitur, valenter nutrit, crassiorem sanguinem facit, at Celsus loc. cit. cap. 23. & 24. solum comparat panes hos stomacho vtiles, vel inutiles (alijs neglectis comparationibus,)* sine fermento idoneus est stomacho *sicuti laudat* carnem bubulam, & macram, suis auriculas, rostrum, vngulas, vulvas

De usu uuæ passæ. Cur.

Panis bene fermentati facultates.

Cels. lib. 2. cap. 23. De pane sine fermento. solutio.

Q. De pane fermentato.

Facultas fermenti.

Lagani vsus. Quando.

De pane azimo & fermentato.

Cels. li. 2. c. 23. 24. De pane fermentato.

uas steriles; *nam si fęcundæ fuissent antea, pluries, excrementis abundant, calore proprio priuantur*, ex his autem intelligi potest, non quidquid boni succi est, protinus stomacho conuenire, neque quidquid stomacho cōuenit, protinus boni succi esse, facilè corrumpitur panis fermentatus, è contra panis sine fermento; *soluitur ex his dictis aliqua contradictio in Celso, & præsertim ex libro 2. cap. 24. 25. & 28. lib. 3. cap. 18. nonnulla proponens animaduersione digna*: *dicit* excitari genus melancholiæ cum febricula lenta: alterum lōgissimum sine febre, huius duæ sunt species, nam quidam imaginibus falluntur nō mente, vt Aiax Orestes, quidā desipiunt, *& consilio*; ante omnia videndum an imagines sint tristes, vel hilares. in tristitia elleborus niger, in hilaritate albus in potione, vel clàm in pane adijciendus est, quò facilius fallat, nam si bene purgauerit, ex magna parte morbum leuabit, & iterū dari debet; consilio (mente animo videlicet permutato tēperato cerebri,) insanientē curant tormentis, & fame, vinculis, plagis coercendus cogendus est, attēdere, addiscere aliquid & meminisse, sic etiam fiet, vt paulatim metu cogatur considerare quid faciat, subito enim terreri, & expauescere in hoc malo prodest; & ferè quicquid animum vehementer perturbat: potest enim quædam fieri mutatio, cū ab eo statu, mens in quo fuerat, abducta est. Illa cōmunia sint; insanientes vehementer exerceri debere; multa frictione vti, neque pinguem carnem, neque vinum assumere? an fortasse hæc guis caro accenditur, & bilescit? cibis vti post purgationem ex leui materia, quam leuissimis; non oportere esse, vel solos, vel inter ignotos, vel inter eos, quos aut contemnant, aut negligant; mutare debere regiones, etsi mēs redit, anuua peregrinatione esse iactandos: ra-

De cibis stomacho vtilibus, & inutilibus.
Cels. lib. 2. c. 24.
Dubit de cibo bono, &c.
Not.
Cap. 28.
Celsus.
Contradictio.
Cels. li. 2. c. 23. 24. 28. lib. 3. c 18.
De generōne melā choliæ, & curatione.
Qūo differt desipere imaginibus à desipere mente, animo.
Not.
De Elleboro nigro, & albo.
Modus agendi.
Not.
Cura melancoliæ consilio insaniæ.
Cōia remedia omni melancholiæ insaniç.
De cibis pro insania.
Dubitatio. solutio.
Cura insaniç remedia varia examinātur.

Dubit. de motu. Solutio.

rò, ſed aliquando tamen, ex metu delirium naſcitur, *an forſan metus nimis ſpiritus animales, & vitales refrigerat natiuumque calorem cordis, & hinc ſtultitia & inſania producitur*; quam genus inſanientium ſpecie ſimilique victus genere curandum eſt; præterquam quod in hoc inſanię genere ſolo rectè vinum datur, *an quia vinum calefacit ſpiritus, & calorem renouat, atque metum depellit, qui eſt refrigeratio cordis, & ſpiritus vitalis propter comprehenſionem mali futuri*.

De vino dubitatio in ſtultitia frigida
Solutio de vino.
Metus quid ſit.

## SENTENTIA LIII.

CVR poſterior pars cerebri deberet citius exiccari media, & anteriori?

### DILVCIDATIO LIII.

Cur cerebri pars poſterior debet exiccari.

*An pars poſterior cerebri ſiccior magis conſtricta, denſata habet oſſa continentia duriora, & ab ea nerui duriores motui accommodati oriuntur? pars media minus ſicca inſeruit rationi, quæ eget moderata temperie eam ſequentibus, & vi accidentibus, qui anterior humidior imaginatiuæ, quæ receptione ſpecierum ſenſibilium, ac phantaſmatum humiditate ſubſtantiæ, & ſpirituum animalium apta, ſed licet ratione ſui tales ſint huiuſcemodi partes cerebri, ratione verò oſſis & pororum difficilius poſterior exiccatur, facilius anterior: vnde calui facilè fiunt, mediocriter media pars: tempora ſicca ob oſſa tamen dura, diù pilos conſeruant.*

Cur calui facile.

SEN-

## SENTENTIA LIIII.

54. Dilucidatio.

### *De vrina repræsentante formas catulorum.*



*VR affectis Mania melancholica, & canina rabie aßerat Auenzoar*, vrinam in quantitate multa collectam in vase vitreo repręsentare intus formas catulorum natantes, & si per pannum lineum transcolaueris ipsam, nullum in petia signum inuenitur, & demum, si in vas dictam vrinam transfundes, videbis formas catulorum natantiũ? *mirabile dictu, & experimento?*

De vrina repręsentante formam catulorum.

### *DELVCIDATIO LIV.*

*An morsus canis rabidi, & venenum istud calidum, & siccum (non frigidum, & humidum vt nonnulli somniarunt) cum omnes effectus prodeuntes sint calidi & sicci (complexionem totius cerebri, cordis, & hepatis, humorisque corrumpit ad melancholicitatem calidam, & siccam, teste Auicena, & pariter spiritus animales atros, & melancholicos, atque substantiam cerebri facit, vbi residet imaginatrix, quæ formas catuli semper imaginatur deprauata, & putat esse in vrina, at non est imago catulorum sed imaginatiua mittit species ad sensoria & ad oculos, qui tunc putant videre ad extrà? an fortiter etiam hæ formæ impressæ communicantur spiritibus, & sanguini, quare etiam vrinæ? quæ est serum ipsius sanguinis productũ à gibba hepatis ea portione aqua ipsius chyli attracta à renibus, & percolata ad vesicam, sicuti contingit prægnantibus aliquo appetitu rei affectis, quæ fœtum vestigio & signo rei diu, & vehementer appetitæ signant; sed fi-*

Solutio. De vrina formam catulorum repręsentante. De rabie canina quid sit. Error non nullorũ solutio prima.

Quomodo aberret imaginatio.

solutio secunda.

De vrina dicta.

Quid sit vrina.

Causa signorũ inquisitorum in fętu tenello.

*xa,*

De vi imaginatiuę in signandis fætibus & humoribus.

*xa, stabilis, & diuturna debet esse imaginatio illius phantasmatis, vt possit imprimit in tenellum fætum, uel vrinam & sanguinem: De his egimus in Cosmitore & longiorem orationem habuimus, omnesque difficultates, & aliorum sententias enodauimus; cum sæpè sæpius Vrbini hac de re disputatum sit cum Adm. Reuerendo Vincentio Maria Cimarelli Theologo Dominicano, & Nobilissimis Academicis Vrbinatensibus, qui omnium scientiarum caracteribus insigniti singularem laudem merentur. Apparet igitur imago catulorum ob lentorem, & visciditatem vrinæ diaphanæ specularis, quæ seruat imaginem, sicuti speculum & lapis fictitius Bononiensis, natans deinde est hæc imago, huc, & illuc mouetur propter spiritum influentem, & vapores agitantes vrinam; nam huiuscemodi ægrotantes rabie canina imitantur canes latratu, vultu, & morsu ita, vt conspicue cernatur ex his affectibus humanam naturã non solum quò ad imaginatricem, sed etiam quò ad substantiam corpoream, et mixtionem accedere ad caninam, sicuti doctè testatus est Auicen. omnes Arabes.*

De Cimarelli, & Academicis Vrbini.

Solutio. Q.

Quomodo seruetur imaginatio catulorum in vrina.

Quomodo natetur illa imago.

55. Dubitatio. De humiditate cerebri anterioris.

## SENTENTIA LV.

Ex lib. citato cap. 17.

### *De humiditate cerebri anterioris, & de cauterio.*



CVR si intemperies calida, vel sicca, cum materia calida, vel sicca cerebri adsit, si fluxio à capite tenuis, & salsa destillet, vel diminutio substantiæ cerebri experiatur, non est vtile caurerium suturæ coronali infigere, sed tantummodo quando cerebrum est frigidum, & humidum? & frigida, & humida excrementa, atque copiosa obtinet? *testimonio Auenzoaris?*

De cauterio euitando. Not.

DI-

## DILVCIDATIO LV.

*An, ut inquit Auenz. Cauterium inanit cerebrum siccum, & calidum, & substantiam eius & nimis exiccat? at quando oportet* exiccare horribilem humiditatẽ, & eam extrahit ad partes exteriores, *quare cautius medici post hac cauterijs utantur, Cauterium enim semper debile cerebrum efficit, & tale, vt aptius fiat ad receptionem excrementi, quod à natura cerebri extruditur ad extra: Verum quis obijciet excrementum pituitosum sursum non posse ascendere, Respondeo non vt graue, sed ut expulsum ab expultrice sursum moueri, si obijciet secundo magis debile fieri cerebrum, & magis frigidum, & humidum, Resp. id uerum esse ratione ulceris, at ratione excrementi euacuati ualidius reddi, intemperiem sicciorem, & calidiorem, natiuumque calorem fieri: tertio si obijciet, ergo in calida, & sicca intemperie cauterium erit adiumentum, poterit enim refrigerare ipsum cerebrum, secundo euacuare materiam calidam, & salsam, nam adustio illa cauterij non penetrat ad os: Dicendum posse quidem euacuare, & reuellere utranque materiam, & calidam, & frigidam primo & per se, secundario intemperies respicere, & curare euacuando materiam adiunctam, qua inanita cerebri natiuus calor, naturalem ad statum facilius permeat. Indicatur quidem cauterium à materia intra cerebrum ad extra auocanda, & à motu eius, non autem ab intemperie in præsentia: in specie habet plura indicantia, intemperiem humidam, carnem excrescentem, & alia.*

solutio. de cauterij natura

De cauterij vsu.

Obiectio contra cauterium.

Solutio.

Obiectio secũda.

Solutio.

Obiectio tertia.

Solutio tertia.

Cauterium à quo indicatur.

56. Diulcidatio. De Vertigine.

## SENTENTIA LVI.
Ex lib. 1. tract. 9. cap. 18.

### *De scotomia, & vertigine &c.*

Quid vertigo sit, quid scotomia.



*VR in utraque scotomia, & Vertigine, quæ est imaginatio deprauata obiecti, quod mouetur*, & à vaporibus calidis, & colericis ascendentibus per arterias & illa à stomaco ab humoribus putridis, *Auenzoar utitur potius* frigidis, & adstringentibus, & secat arterias, præbens lactucas elixas, aquam hordei cum agresto, aquam rosaceam, deinde euacuat mirobalanis, scammonio, hiera pura, & Agarico?

### *DILVCIDATIO LVI.*

56. Cura vertiginis prima indicatio. Cur.

Quid sit vertigo.

2. De cęlo 48. Secunda indicatio Dubitatio de purgantibus. Solutio.

*An duæ precipuè oriuntur Indicationes in Vertigine prima est, uapores immobiles reddere, qui in motu præternaturam, mouent etiam prçter naturam spiritus animales, & hi phantasmata motu prauo agitata repręsentant imaginatrici, quæ tunc ab his uiolantur & præternaturam motis deprauatur, & errat in iudicando illud obiectum externum ita moueri in girum, uti ei obijcitur laborat facultas uidendi per accidēs ratione obiecti difficilis et molesti, et in se ipsam retracta ad tutelā iudicat male, obiectū arduum difficile cum spiritus animalis debilis & in girum motus, siue agitatus representat obiectum, & facultas laborat, & langet, tremit: ita candela ob defectū pabuli, facit illos motus tremulos in fine*: Ita visiua iudicat scintillare stellas loginquas non planetas *quia obiecta difficilia excedentia uirtutem, ipsam fatigat*

gat & indurat. ita censet Arist. 2. de cælo. & primo post. & Auer. Secũda indicatio oritur à causa antecedẽti quę euacuationẽ sui indicat, ideo secundo loco exhibet Auenz. purgantia? an quia magis vrget prima indicatio, & huic primo satisfacit, nam si primo euacuaretur materia, magis excitarentur vapores, & in motu ponerentur spiritus animales, & phantasmata; vapores frigidis incrassantur, ne moueant spiritus, & primo indicant, vt sunt in motu, sui quietem, his redditis immobilibus, euacuantia secundo loco humorem antecedentem conueniunt, omnis enim vapor, vt vapor, calidus, & humidus est, at si siccus apparet, dicetur tunc exhalatio, doctissima igitur documenta practica Auenz. perscribit, & quid ante quod; quid post quod. Not. pro cura & euacuatione.

## SENTENTIA LVII.

57. Dilucidatio.

### De scotomia, & carne hædina.



Væritur, cur Auenz. in curanda scotomia laudet inter cibaria carnem hædinam coctam cum vino granatorum & agresta, & præsertim feminæ laudabiliores in hoc casu existunt masculis, & ex ipsis adhuc meliores sunt albæ, & post has, quæ variæ cernuntur. De scotomia. De carne hædina cocta cum vino granatorũ & agresta. Cur feminę & albę meliores masculis & nigris?

## DILVCIDATIO LVII.

An caro hædina sicca est, & minus vaporabilis, atque excrementis vacua, secundo ne facile inflammetur, & magis reprimat vapores, vias, & arterias strictas reddat, coquit eas succo granatorum, et agresta, tertio feminas eligit albas, vel varias, quia non ita siccæ, sed ratione sexus humi- 57. solutio de carne hædina. Cur feminę laudantur magis quàm mares? albæ, &c.

*diores sunt maribus, atque non ita calidæ, masculi vero calidiores fuissent, quam scotomiæ conuenirent, præterea carnem hædinam probat, capræ enim, & hædi cerebrum validum habent, imaginatione pollent & rupes altas inuadunt, quæ omnes conditiones summopere arrident scotomiæ sanandæ. Addiscăt igitur practicătes hæc admonita ab Auenzoare, qui peritissimus, & longa experientia edoctus nobis hæc collocat vtilissima in praxi, & modum componendi cibum medicinalem, & mixtum cum succo granatorum & Agresta proposuit.*

Cur caro hædina vtilis vertiginosis.

Not. Modus agendi.

## SENTENTIA LVIII.

Ex lib. 1. tract. 9. cap. 19.

58. Dilucidatio. De ossibus & dentibus.

### *De dolore Dentium & de ossibus.*

C*VR sæpè dicit Auenz.* ossa non sentire, dentes vero sentire licet sint ossa?

### *DILVCIDATIO LVIII.*

58. Q. an ossa, & dentes sentiant.

*An Venæ, Arteriæ & Nerui per angustum foramen vsque ad medium dentis permeant? & non solum extra circa gingiuas tangunt ipsos, sed intus? reliqua vero ossa solum exterius periostium sensitiuum obtinentia & temperamentũ congruum similare intrinsecè dicuntur non sentire; nam cum terrea sint & dura, animalem spiritum & vim sensitiuam & spetiem non accommodatè recipiunt, sed obscurè mediante periostio, ideo comparatione dicuntur ossa non sentire, quia obscure & vix sentiunt, & difficile potest Medicus dignoscere, an oßa absolute sensum habeant necnè: iure statuitur ab omnibus ossa per se primo non sentire, dempto periostio: usta vel secta nullo modo sentiunt, pariter dentes cum*

*ner-*

*neruulus ille, qui intro ad meditullium percurrit, est ablatus, non delent neque sentiunt.*

## SENTENTIA LIX.

59. Dilucidatio.

Loco citato.

### *De psilio.*

CVR *Medici prohibent triturationem psilij*, sed integrum coquunt aqua rosacea?

### *DILVCIDATIO LIX.*

*An fortaße, si trituretur, nimis euaporat, aut dissipatur, aut nimis caput tentat, sed integrum non ita infirmum fit, & caput minimè petit?* 59. De psyllio.

## SENTENTIA LX.

60. Dilucidatio.

### *De Alui solutione.*

CVR *Auenz.* enumerat assellationes, & quot vicibus aluus soluta fuerit; etiam tot vicibus imperat quietem post purgationem. Alui solutio. Not.

### *DILVCIDATIO LX.*

*An superstitio sit animaduersio, an tot diebus eget virtus pro sui restauratione, & tutior sit medela? virtus enim si facile labitur, facile recuperatur, si diu & longo tempore decrescit, æquali etiam spatio ad integrum redit, vt testatur Hippocrates secundo Aphoris.? aßellatio à sella denominatur.* De numero assellationum, & cur.

61. De vino cocto, & vino pasſularum

## SENTENTIA LXI.

Ex loco citato.

### *De uino cocto, & uino paſſularum.*

Dubitatio.



*VR ſtatuit Auenz. loco citato cap.* 20. vinum coctum, & vinum paſſularum procreare fumos, & vapores acutos, *cum aliter ſentiat Ariſt. & Gal.* vinum dulce, & craſſum minus inebriare, & potius aluum citare, quam caput ferire, *vt graue, & irritans, mordicans & abſtergens ſtomacum & inteſtina?*

### *DILVCIDATIO LXI.*

61. ſolutio de vino &c. Quæſita de ebrietate.

Primo de alim. fac.

*An verum ſit quo ad ebrietatem, quæ à tenuibus vaporibus concitatur, ſed à vino cocto, & vino paſſularum exurgunt vapores craſſi acuti, calidi, & acres, quoniam diu in ſtomaco huiuſcemodi morantur ob difficiliorem coctionem,* craſſa enim & multi nutrimenti (*Gal. teſte*) difficilius concoquuntur, & diutius in ſtomaco manent, *& ægrè per aluum dilabuntur: talia quidem vinum coctum, & vinum paſſularum.*

62. Dilucidatio de tremore colli &c.

## SENTENTIA LXII.

Ex lib. 1. tract. 10. cap. 4.

### *De Tremore colli, & capitis.*

C*VR* caput, & collum ex qualibet leui cauſa tremore afficiuntur.

*DI.*

DILVCIDATIO LXII.

*An tremor est motus prauus sursum & deorsum totius mobilis propter frustrationem motricis actu mouentis; caput vero præ ceteris membris grauius, & ponderosius existit, secundo frigidius, & facile nerui à frigido patiuntur, tertio facile susceptat internas, & externas iniurias repleturque; virtus animalis actu mouens ex qualibet leui causa offensa nequit sustinere ponderositatem, & grauedinem capitis, & nerui, aut refrigerantur, aut replentur, aut substantia ipsamet cerebri his offenditur, vnde oritur pugna inter mobile, nempe caput, & collum, grauitatemque eorum, & virtutem animalem mouentem, hæc eleuat, erigit, illa deorsum tendit, ex his duobus nascitur motus prauus, eoque magis cum vis animalis, & spiritus debilis sit, difficile permeet, aut nerui refrigerati densentur.* 62. tremor quid sit. Causa tremoris.

SENTENTIA LXIII. 63. Dilucidatio de &c.

*De capite leporino tremori vtili.*

CVR capita leporina elixata aqua, sale, & oleo rosaceo comesta iuuant mirabiliter tremori?

DILVCIDATIO LXIII.

*An* virtute occulta, & à tota spetie, *seu tota substantia mixtionis, totoque temperamento, & eius vltimo concentu auxiliantur? an manifestis qualitatibus primis, & secundis iuuant? sicca sunt, & neruos exiccare valent, & præsertim cum tremor (vt plurimum) ab humore pituitoso, & frigidi-* 63. De capitibus leporum. Not.

*tate*

Lepores cur veloces.

Arist. 1. Meteor. c. de terremotu.

*tate oriatur? lepores verò calore neruorum ratione motus præstant: motus enim animalis præsertim in corporibus calidis, & siccis viget: sicuti in frigidis, & humidis hebescit: phrenitici, & melancholici robore, & motu mirabilia efficiunt, non eo tempore cerebrum calidius, & siccius, & animales spiritus siccitate, & calore præstantes veloci motui, & diuturno accommodati sunt, & experientia confirmatum, puluerem è capræ siluestris cornu inspersum ceruici equi robur, & motum producere ipsi?*

Not. experientia, & cur de cornu capræ syluestris.

## SENTENTIA LXIV.

64. Dilucidatio.

Ex lib. 1. tract. 10. cap. 7.

### *De ægritudinibus Nucæ, & Neruorum.*

Nerui, & Nuca.

CVR Nerui citius valde apti sunt recipere ægritudines, quam nuca, quamuis duriores sint, & solidiores, & densiores ipsa?

### *DILVCIDATIO LXIV.*

Solut. de neruis & nuca.

An simbola facilius alterentur.

*An vt decernit Auenz. nerui subtilius nuca facilius patiantur aduersa hac subtilitate? an secundo frigidiores facilius à frigiditate lædnntur, minusque resistunt, sed à qualitatibus symbolis vincuntur, at Nuca calidior, crassior, humidior, non solum ex Galeno, sed Aristotelis sententia, siccantibus, & refrigerantibus obsistit, deinde protegitur ab osse, et occipitio & vertebris, nerui verò tantum à carne, musculis, & cute? præcipuè est pars nuca, & vtilior animali, quam nerui? ipsa læsa tanquam radice, & fonte omnium neruorum omnes nerui noxam percipiunt, at non è contra; ita læso corde, cætera membra læduntur.*

SEN-

## SENTENTIA LXV.

Ex lib. 1. tract. 10. cap. 11.

65. Dilucidatio.

### *De solutione continuitatis colli, de dentibus, neruis, & ossibus.*

De dentibus, neruis, ossibus.



VR dentes licet sint duri, & densi, (*vt aliqui antiqui putarũt*,) & impassibiles absque sensu, attamen extremè frigida, vel calida, *actu*, *vel potentia* tolerare nequeunt? ita nerui absque medio extremas percipiunt qualitates frigidas, vel calidas, vti frigida in excessu post calida bibit vel comedit.

### *DILVCIDATIO LXV.*

*An respondendum his obiectis, quia* extremum est naturæ inimicum, *& omnis violenta permutatio inæqualis, & maxima dolorem inducit? & ad recessum omnino præter naturam transmutat? & sensorium corrumpit primarum, & secundarum qualitatum? sicuti celer, & momentanea ingensq; permutatio à recessu præter naturam ad statum naturalem voluptatẽ facit, quæ est perceptio, & cõprehensio obiecti conuenientis sibi, & præsertim in membris principalibus, nam uirtus eorum tam grauem mutationem non sustinet, immò si manus nimio frigore doleant, & igni admoueantur acerbissimo cruciatu premuntur,* contraria cõtrariis remoueri debeãt; *ducunt quidem ad voluptatem, & ad statum naturalẽ, quia intẽperies non potest illico remoueri, & agens in tẽpore tamen agit, & resistentiã patitur, quò contrariũ valentius est, & fixius inhæret, ideo ignis caliditas dolorem inducit, non ualens*

De sensu dentium Dubitatio. Et de sensu tactus.

Quid sit dolor.

Quid sit voluptas.

Conciliatio.

sta-

*statim remouere frigiditatem manibus introductam; sed hæc circa vnguium radices retracta ad intimaque fugiens caliditatem sibi inimicam magis per Antiperystasim robustior facta, & intensior imprimit sui speciem, & dissoluit symmetriam, & vnionem qualitatum, & corporum elementorum organi tactus (quæ duo ad naturalem membri essentiam, & generationem concurrunt,) at si mediocris calor accedat longiori tempore remouet, & sensim intemperiem frigidam oppugnat, calorem natiuū partis excitando, qui intus contingit tanquā natiuus, & impetū alienæ, & extraneæ frigiditati facit, vndè merito omnes Medici anodyna administrant, & mediocria præsertim doloribus, & apostematibus duris, & intemperiebus frigidis, neruorum, atque calidis etiam, ueluti oleum anethinum, camemellinum, liliaceum, amigdalarum dulcium, oleum rosaceum, uiolaceum, pinguedines olesira ex cora, & è vitello ouorum, & similia, quæ sensoria attemperant, & excessum omnem adæquant.*

Qūo oriatur dolor à naturali, solutio,

Conciliatio.

Cura anodina & mediocria doloribus, & duris apostematibus.

De læsione vocis.

66. Dilucidatio.

## SENTENTIA LXVI.

### *De neruis reuersiuis, de vocis læsione.*

Dubitatio. De Turture auibus,

Et elixatione, Assatione.

Modus agendi. De vocis læsione. Modus agendi,



*VR in læsione neruorum reuersiuorum, id est recurrentium ad epiglotidem, & vocis asperitatem, & raucedinem hac de caussa exortam propter causas frigidas Auenzoar vtitur* Turturibus, minutis Auibus Nemoris, & passeribus in æstate elixatis, in hyeme assatis veru, vel in sartagine, atque vehementer assatis? quę magis ad medicamentorum, quam ad ciborum alimentalium virtutes accedunt?

*DILV-*

## DILVCIDATIO LXVI.

*An hæ Aues vim calefaciendi, & exiccandi habent, & vim penetrandi ad neruos: æstate elixantur, ne nimia ſiccitate noceant, hyeme aſſantur propter Aeris frigiditatem, & pituitæ copiam, modus quidem agendi indicatur à qualitate modificata, à reſiſtente & reagente modificato, cauſæ aut morbi, aut ſymptomatis, elixatio indicatur à nimia ſiccitate aſperæ arteriæ coindicatæ à calore æſtatis, aſſatio à nimia humiditate reſiſtente in hyeme: oportet aſſa cibaria contra agentia modificata adhibere, & ſæpè* Hippocr. *& Gal. hæc documenta proponunt; Regio enim & tempus anni coindicant, & ſunt ſigna virtutis naturalis, & cauſæ morbificæ coadiuuantia, vel contraponentia; indicant tamē contrariū, vel ſimile: principale ſemper eſt præſens in corpore reale exiſtens, non autem extra corpus humanum; cibaria verò nimis aſſata tanquam materia remedij, & cauſæ ſalubris eliguntur, & indicantur, & modificantur ab agentibus, & patientibus cum priuantur humido illo ſuaui, & dulci, quod eſt alimentum, & nutrimentum futurum, nequeunt copioſè alere, ſed potius illud tanquam medicamentum alterant, & ſecundum quid vincunt: Quis obijciet, aſſas carnes intus humidiores eſſe humido proprio, & ſubſtantifico, elixas verò alieno, verum igneitas illa introducta, & minuit ſuccum, & magis acrem, & medicamentoſum reddit, magiſque tum reſiſtentem, & reagantem.*

Solutio.

Modus agendi. Not.

Quid regio, tempus coindicant.

Quid ſit indicans & quotuplex.

Obiectio de carne aſſa.

ſolutio.

67. Dilucidatio.

## SENTENTIA LXVII.

ex cap. 12. tract. 10.

### *De inflammatione epiglotidis, & medicamentis in substantia, vel infusis.*

De inflammatione epiglotidis.



*VR Auenzoar in epiglotidis inflammatione orta à sanguine melancholico administrat medicinas laxatiuas in substantia, in orta verò à sanguine, vel bile, vel pituita in infusione tantum, atque etiam decoctiones?*

## *DILVCIDATIO LXVII.*

Quantum agendũ.

*An quantum agendum sumitur ab indicante Agente vehementer, vel mediocriter, vel minimè, & modus agẽdi, & qualitas à patientis natura reagẽte, & resistente modificata: maximè quidem est vis melancholici humoris, nimisque resistit, tardè & ægrè mouetur, vti moles terrea (teste Hippocr. & Galeno) & ipsa difficilè patitur, resistit enim: quare Medicus debet eligere validum reagens, quale est medicamentũ in substantia: deinde modus in substantia fortior est, diutiusque agit, diù perseuerat, & ex longa mora, & fortiori modo agendi patitur humor melancholicus, vincitur; & ducitur à substantia medicamenti; Doctissimus Auenz. rectam Methodum medendi, & componendi medicamenta callens, indicantia & indicata comparans, inhibentia, & permittentia & coindicantia expendens, eligit ex vsu artis medicamenta, & accommodata, secundum quantitatem, qualitatem, tẽpus, & locum administrat, & summa ratione* frangit siccitatem hellebori, Epithymi, Polipodij, Senæ humectantibus,

Modus agendi.

Methodus componendi medicamenta. Not.

nem-

nempè liquiritia, boragine, violis, & oleo amigdalino, *vt & medicamenta humidiora fiant, & humor melancholicus humidior, & viæ laxiores; exemplo manifestat hæc omnia: inquiens canales duris saxis, & impedimentis referti abluti aqua, & aqueis liquoribus facilius emundari; ita Architecti murarij efficere solent, qui non solum extirpant, & abstergunt, sed prius sparsione maxima aquæ immunditias illas, & terreas emolliunt, & laxant: ita in humoribus siccis, & duris tumoribus, & melancholicis est agendum, tum alterandis, tum emundandis: igitur humida laxantia, & emollientia permiscentur, hæc est exacta Methodus componendi medicamenta conflata ex basi simplici, vel composita, adiuuante & corrigente: & indicantia hauriendi curatiua, præseruatiua & vitalia à præsenti noto, & reali agente in corpore humano, (hæc omnia suadente natura, et eam rectè Medico imitante.)*

Exemplum Not.

## SENTENTIA LXVIII. ex cap. 13. tract. 10.

Dilucidatio.

### *De Angina, & Assa fœtida.*

CVR si assam fetidam suspendere super collum patientis apostema vueæ, vel squinantiam confert ei valdè ex sui natura, & proprietate?

De vi asse fetide ad anginam.

### *DILVCIDATIO LXVIII.*

*An manifestis qualitatibus caliditate, siccitate, & tenuitate partium deriuat, & auocat ad extra humores, & secundo an ob fetorem, & odorem fetidum retrahuntur spiritus animales, naturales, & uitales, & fugiunt obiectum tristo*

Quid assa fetida operetur.

*oblatum facultati olfactoriæ? tanquam molestum, & iniucundum, qui spiritus dum ima petunt, sanguinem etiam secum ducunt, & partes inflammatas cum minori copia sanguinis relinquunt, & decrescentes: verum hæc assa fetida, quo ad*

Quando agendum *quando agendum non est applicanda, nisi prius toto euacuato, tanquam remedium deriuatorium, & topicum, ne copia humorum impediat, aut exagitet vim suam: videndum etiam,*

Celſ. lib. 4. cap. 4. Plin. lib. 30. ca. 4. De pullo hirundinis in angina. Celsus. *quæ Celsus testatur lib. 4. cap. 4 & Plinius lib. 30. cap. 4. quæ omnia ad naturales causas, & vires manifestat, non autem occultas sunt reducendæ: Inquiunt*, si quis pullum hirundinis ederit angina toto anno non periclitatur seruatumque eum ex sale, cum is morbus vrget, comburito, *carbanemque eius contritum in aquam mulsam* quæ potni

De sale. datur prodesse, vti etiam fomentis humidis, non siccis, sicca spiritum elidunt, ergo admouere spongias oportet, quæ melius in calidum oleum, quam in calidam aquam subinde demittantur, efficacissimus est hic quo-

sanguinis missio. que salis calidi succus, sanguis mittendus aut cucurbitula sub mento, & circa fauces admouenda, vt euocet;

solutio. incidere altis plagis circa collum, & venas sub lingua: *ille pullus hirundinis comestus ille seruatus sale exiccat; &*

Assa fetida. *eadem præstat, ac assa fetida, attenuat, & educit absumitq. inflammationem, euacuato uniuerso: in curatione, & in præseruatione exiccando, humores minus fluxiles reddit, & gignit.*

69. Dilucidatio.

## SENTENTIA LXIX.
### Ex cap. 14.

*De Apostematibus cannæ pulmonis, & de somno.*

CVR somnus adiuuat dissolutionem Apostematis quando est in declinatione, ita & somnus quando

quādo apostema est in principio, & in via generationis, & confirmationis potentissimè adiuuat ad ipsius confirmationem, & augumentationem, & est causa mortis: hæc Auenz.

## *DILVCIDATIO LXIX.*

*An in declinatione vincit natura, & dissipat, laborans eget quiete, & somno augente calorem natiuum, & intus conseruante, ut concoquere ualeat, (cōcoctio semper calore celebratur) & somnus coctionē adiuuat: in principio uerò cruda existente materia somnus concentrans calorem, potius maiora excrementa intus retinet, inhibet ne dissipentur, & humidius & frigidius corpus reddit, porrò idem somnus diuersa ratione, & respectu diuersis obiectis, & temporibus morbi diuersos effectus parit, in principio paroxismorū tertianæ, quartanæ, & quotidianæ si somnus contingat, cum natura ad extra potius moueat, ad ambitum corporis; fit motus contrarius, nam retinentur excrementa, & uapores occupant interna viscera, cor, cerebrum & epar; In declinatione uerò cum motus potius internus sit, & coctionis, uires quidem, & calorem reficit utilisque est. An fortasse pleno corpore, & excrementis abundante in principio maiorem humorum agitationē facit? qui agitati ruunt ad partem dolentem & augent tumorem? in declinatione resoluit? iuuat?*

somnus uincit apostemata.

Conciliatio. Quando somnus vtilis, quando nocuus.

somnus varios effectus parit.

In principio.

In declinatione.

## SENTENTIA LXX. cap. 15.

70. Dilucidatio.

### *De Raucedine uocis, & de pinguedine sturni.*

CVR pinguedo sturni, qui comedit oliuas, sanat raucedinem ortam ab obstructione nerui retrogradi, & structuræ gulæ?

DILVCIDATIO LXX.

De sturnis. de raucedine.

*An illa pinguedo attenuat magis, & exiccat, & emollit etiam, tum ratione temperaturæ sturni calidæ, & siccæ, tum ratione alimenti oliuarum? quas comedit; hæ profectò vim habent emolliendi, & exiccandi, atque attenuandi: facile ab alimento corpus alteratur & simile quoquo pacto euadit ei, præsertim quò ad primas qualitates, calidum, frigidum, humidum, & siccum; non tamen omnino hædinum, ouile, bouinum, gallinaceum cum homines his vescantur toto anno, nam corpus alterans est fortius, & validius, quam passibile & alimentum: transmutat, non trãsmutatur, vincit, & non vincitur. de hac re in cosmitore primo & secundo & li. de idea.*

Q. An alimentũ transmutet corpus, & quo modo an è contra.

Solutio.

## SENTENTIA LXXI.

### *De ui & facultate medicamenti compositi, aut syrupis.*

De medicamenti compositi efficacia



CVR Medicamentum, vel intrinsecus, vel exterius appositum ex pluribus simplicibus eiusdem naturæ complexionis & gradus erit maioris virtutis, & efficaciæ in omnibus ęgritudinibus, quam si dederis vnum solum illius naturæ, & gradus, immo vnc. vna cõpositi plus efficiet, quam vna & semis simplicis, & hoc tam de primis qualitatibus, quam secundis, & tertijs experitur?

Contra nonnullos.

DILVCIDATIO LXXI.

71. Cur & quõ composita validiora sint.

*An virtus vnita magis potest, & plura simplicia medicamenta eiusdem facultatis ob diuersam tamen mansionem, gra-*

*gradus primarum qualitatum, & similium, deinde materiæ crassitiei, vel tenuitatis; raritatis, aut densitatis simul permixta inuicem se adiuuant & postea fortiora euadunt? non tamen vltra gradum? sed quia diutius eorum vis, & potentia perseuerat in agendo, & resistendo vnum tantum simplex medicamentum, licet in duplo, & triplo pondere sit, facilius uincetur à natura, & superabitur; nam de compositione medicamenti ex pluribus simplicibus diuersarum facultatum, frigidarum, calidarum, &c. alia est ratio, & necessitas basis, adiuuantis, & corrigentis ob diuersam naturã affectus, & loci affecti; animaduertant recentiores hæc Auēz. dicta animaduersione digna, qui omnes febres cum quatuor folijs cicorei, & boraginis curare inaniter tantant, obsecro antiquorum Dogmata Græcorum, & Arabum imitentur, non autem inscios Nouatores, & ignaros chimicos, chimicos doctos, & chimicã realem & rationalem sũmopere laudo, et probo, tanquam naturalem magiam naturæ iucundam, & vtilem: & de hac iucunda plura dictaui scolaribus.*

De simplicis medicamenti virtute.

Q.

Cur facilius uincatur simplex medicamentũ quàm compositum.

Error non nullorũ.

## SENTENTIA LXXII.

Ex tract. 11. cap. 2.

72. Dilucidatio.

### *De inflammatione pulmonis, Vlcere, sanie vera, & non vera.*



*VR Auenz.* damnat vsum omnium carnium in Peripneumonia, & Phthysi, & Apsthemate pulmonis cum Vlcere, vel sine Vlcere? cum sanie vera, quę fit soluta continuitate pulmonis, & non vera, quæ congeritur ab humoribus congestis, & confluxis in Pulmonis corpore, qui ibi inuiscantur.

De peripneumonia & phthisi. De sanie vera, & non vera.

## DILVCIDATIO LXXII.

72. Cura phthysis de vsu carnis & facultatibus.

*An carnes multum nutriunt, & hic morbus tenui victu curatur, an secundo quia humectant & alimentum calidum & humidum præbent, vti, omne alimentum, vt alimentum est, & vlcus, & Apostema eget exiccatione? tertio an quia virtus stomachi, & vniuersi nutriens debilis est, & eget non carne, quæ robustiorem coctionem expetit, sed alio cibo facilioris coctionis, & minoris humectationis, vnde cancri flu-*

Quid sit lac carnis torculatum.

*uiales cocti, & abluti diu facta expressione iuuant, nam hæc expressio & colatura (vulgo lac carnis seu torculatum appellatur) cancri vero integri, licet diu cocti nam ita probi. censentur; Celsus lib. 4. cap. 7. breuiter hãc curationem instituit,*

Celsus li. 4. ca. 7. Cura ex Celso phthisis.

primo venã secat si vires firmæ sint, deinde frictiones, sorbitiones, exiccantia, & medicaměta, & malagmata pectori attrahentia admouet, fenestras clausas, deinde apertas gestationes, a vino abstinentiam, ciborum omnium & lenium vsum probat, ex oleribus porrum, ex carne vngulas, & summa trunculorum atque pisciculos in refectione. *De sanie uera sciendum, hanc fieri ab ex-*

De duplici sanie. Sanies quid & quo modo oriatur. Duplex sanies vera, & non vera.

*crementis ortis in soluta vnitate sanguine permixtis, non ueram autem productam ex humoribus congestis, aut demandatis aliunde, & ibi in pulmone putrescentibus, quæ similitudinem acquirit puris, at propriè non est pus, ut decreuit etiam Auenz. & Gal. 7. Aph.*

SEN-

## SENTENTIA LXXIII.
### Ex loco citato.

*De sputo sanguinis, de Aqua, & chalybe.*



CVR in sputo sanguinis à pulmone propter nimiam tussim, quæ motu venas aperuit, productam à catarrho destillante à capite, *Auenz.* primo stipticis catarrhum curat, & deinde subtilibus? 73. De sputo sanguinis.

### DILVCIDATIO LXXIII.

*An sui subtilitate à pulmone deriuare stipticitate vias, & pulmonem constringere oportet ne recipiat, secūdo cur vti tur tunc* aqua fontis, quæ respiciat versus, oriētē & chalybeata, chalybe purissimo & mūdo, donec quarta pars aquæ absumatur? *an aqua ad orientem uergens & fluens tenuior & siccior est, et minus deturpata halitibus & excrementis? Quarta uero pars dissipata à chalybe purissimo & mundo, ut uim propriam exerceat conuenientem stipticitatem, siccitatem, & tenuitatem inducit, si plus absumatur, nimis crassior, & adstringens euadet, si minus dissipatur, non adstringeret, & exiccaret, attenuaretque prout opus fuerit, Chalybs est ferrum pluries depuratum igne, quod siccius, & durius euadit, habet multas partes terreas, adstringētes, sulfur fixum, & hydrargyrum: sed ignitum, & aqua extinctum igneitate, & natura metallica Terrea prædominante exiccat, adstringit, aquam etiam crassiorem facit, si diutius teratur & pluries in minutam pollinem, tunc sulfur & hydrargycum fixum actuata, & à terreo carcere magis exuta*

53. Steptica quæ. De aqua fontis. De aqua calybeata. De Calybe. Quid sit Calybs. Qūo conficiatur. Facultas calybis. Q. Cur modo adstringat modo aperiat.

*ſuas uias aperiendi & abſumendi tunc exercent, ut diuerſo modo paratus, & diuerſo reſpectu uideatur diuerſos effectus parere, in ſubſtantia comminutus attenuat, aperit, & abſumit; Extinctus uerò potius terreas, & adſtringentes partes communicat. De Aquarum fontibus loquitur Hippocrates lib. de Aere aquis, & locis, & ſecundo Aphor. & alibi, nam Aqua non ſolum odore, ſapore, & pondere experitur, ſed ſitu, alteratione, facili vel difficili, aere externo, & in coquendis leguminibus, oleribuſque.*

Solutio de calybe.

De aqua fontis.
Lib. de aere aquis.
2. aphor.

## SENTENTIA LXXIIII.

Ex loco citato.

### *De Vlcere, & vulnere pulmonis.*

74. De phthyſi.

CVR *dicat Auenz.* vlcus, & vulnus in pulmone non conſolidari proprio ſanguine, ſicuti vulnera, & vlcera aliorum membrorum &c.

### *DILVCIDATIO LXXIIII.*

74. Cur vlcus pulmonis non conſolidatur.

*An proprius ſanguis pulmonis nequit diu adhærere, & permanere ob perennẽ eius motum, an ſecundo cum ſit pars ſpermatica non reparatur, ſed vi medicamentorum partes corroſæ & diſiunctæ vniuntur, ſed corroſæ cum deperditione illa remanent, ſed cruſta, vel ſuperficies craſſior, & durior regeneratur à vi medicamentorum exiccantium, & adſtringentium, tanquam cutis dura, & corium, propria autem non repletur cauitas, & ſubſtantia conſumpta?*

Qũo ſanetur vlcus pulmonis.

## SENTENTIA LXXV.
Ex loco citato.

### *De Vlcere pulmonis curando.*



*VR inquit Auenz.* ægrum non debere desistere, licet vlcus sit sanatum, & agglutinatum, à medicamentis, & recta victus ratione, saltem vsque sint transacti 60. dies. *admirabile certè præceptum Auenz.*

75. Cura vlceris pulmonis. Curâ sanatione 60. dies.

## *DILVCIDATIO LXXV.*

*An sexagesimus est dies decretorius, constans ex nouem hebdomadibus, & qualibet ex uiginti diebus, vnde clymatericus dies & annus est 60. non 63. (vt falso nonnulli censent) ex nouem septenarijs, nam vita hominis, neque critici dies perficiuntur ex integris septenarijs, sed ex duobus integris, & tertio imperfecto, seu perfecto quatenus & ipse ex septē diebus constat, aut Annis aut mensibus: sed 14. dies Mensis aut Annus semper est finis secundi, et principiū tertij vnde semper 20. dies, Mensis, & Annus enumeratur & ita* 40.60.80.100. *iubente Hipp. Arist. & Gal. equidē luna nō integros 7. dies absumit in quarta ideo in tribus quartis consumit spatiū breuius vnius diei, & hinc tres hebdomadæ complent solum 20. dies, profecto citius, vel tardius poterat sanari, sed cum longo tempore egeat, & sit admodum cronicus affectus, si nequit 20. vel 40. die curari, ob motum & perpetuum, & longum iter medicamentorum & spermaticam substantiam pulmonis, non vltra 60. producitur, quia non ita longam expetit moram, sed mediam corporis mensuram*

75. Dies 60. est decretorius. Climatericus annus quid. De anno climaterico. Error nonnullorū. Conciliatio. 2. aphor. 24. De motu & lumine lunę, & mensibus lunę.

*postulauit videlicet 60. diem non 100. aut centesimum & vigesimum; fortaßè experientia potius quam ratione hæc confirmantur: nam de criticis diebus, & effectibus criticis Hippocr. Gal. Auic. & alij partim à Cœlo, lumine, & motu stellarū partim secūdo à proprietatib. humorū, et tertio humani corporis virtutibus, aliqua experimenta & longas obseruationes protulerunt, sed de his statuimus in lib. nostris de malignis affectionibus curandis, & in secundo Cosmitore, quibus in locis dilucidè explicauimus hæc sublunaria sequi periodos Celestes, abhisque summam vim genericam & vniuersalem recipere, desiderari etiam particularem corporis humani paßibilis; in lib. de idea egimus de mēsibus lune etiam.*

Dies critici à quibus causis tribus fiant, cęlo, humore, & virtute.

## SENTENTIA LXXVI.

76. De hydrope.

Ex lib. 1. tract. 13. cap. 1.

### *De Timpanite, & Tumore splenis.*

CVR Timpaniticus, vt plurimum inuenitur cum tumore, ægritudine, & inflatione splenis?

### *DILVCIDATIO LXXVI.*

76. Timpanitis quid sit, quo modo curatur.

*An cum timpanitis fiat à nimio calore extraneo agente in aquosam substantiam, siue* intrinsecò, siuè extrinseco conuertit illam in vaporem, sed crassum remanet, supercalefit, & aduritur, mittiturque ad splenem & ipsum auget, inflat, & tumefacit; *Timpanitis exquisita, legitima est quidem tumor flatuosus Abdominis totius productus aflatu, & frigiditate Hepatis. Hepar in quolibet Hydrope propria intemperie frigida natiui caloris afficitur & sanguificatrix delegata à corde, & specificata in hepate*

Quid sit timpanitis.

*hepate destituta calore proprio epatis & naturali temperamenti, licet aliquando extraneus calor positiuè vigeat, qui non est accommodatus sanguificatrici imbecillis gignit sanguinem pituitosum chilumque, et oritur Anasarca, aut Aquam à prædominio, & apparet Ascitis, aut flatus, & resonat Timpanitis, aliquando excitatur Hydrops non per essentiam, sed per accidens, & per errorem alienum, nempè obiectiuè ob humorem pituitosum destillantem à capite, & demandatum in abdomen, coxas, & crura, vel à retentis mensibus, aut hemorroydibus, in quibus Hepar morbosè adhuc non laborat, sed ab obiectis recitatis & Hydropes facilius sanantur, aut potu aquæ frigidæ.* Species hydropis. Causa hydropis.

## *Cur epar viride magnæ Lampetræ gignat sanguinem rubeum?*



*PAR Magnæ Lampetræ, vndequaque viride, insipidum pannos lineos herbaceo colore inficiēs sanguinem tamen in venis, & in corde rubeū inspiciens Joannes Hieronymus Brunzerius Philosophus & Medicus acerrimi ingenij statim contemplatur, hæc non arridere sententiæ Hippocr. Aristot. Galeni, atque Naturæ, dum* omne agens naturale inanimatum, & animatum sibi passum assimilet & cōsistentia, colore, sapore, odore & temperamento, *docente Hippocr. lib. de diæta, de loc. in hom. de natura hum. de aliment. & Arist. 1. & 2. de generat. & Gal. 6. aph. 1. 8. de placit. & 4. de vsu par. sanguinem* esse rubeum, calidum, & humidum, & mediocris consistentiæ, propter iecoris simile temperamētum, colorem & consistentiam; *ventriculus pituitam & chylum dealbat, cerebrum, nerui, mammæ, testes & omnia spermatica membra alba sibi ipsis alimenta conficiunt. Imò etiā sensitiua*

*tiua anima ſenſibilia, & intellectus intelligibilia, interna formalitate identificat;* dante forma eſſe, & conſequentia eſſe.

*Viridis color ex Hippocr. & Gal. 6.epid.3.t.21.& 32.* oſtendit imbecillitatem partium, vitioſos humores, & melancholicos, *at 6.de ſimpl.fac.5.* viridantia participãt aquea ſubſtantia, & 1.*prog.*7.ſunt nigriora, quàm rubea, & initia liuidi & nigri, demum frigus efficit viriditatem, & ſanguinem effuſum congelat, & 5.*aph.* 1. ærugo eſt color viridiſſimus, *ſed magis attentè perſcrutãdum,*

Quid color.

*omnem colorem immediatè ex diaphano, lumine & opaco emanare, atque diaphanum & lumen dominantia album colorem parere, opacum nigrum, æqualia medios colores participantes formaliter extremis, vel virtualiter æqualiter diſiunctas.*

Quid diaphanum.

*Diaphanum eſt transparens & translucidum receptiuum illico luminis ſecundum totum, & per totum, vt aqua, aer, ignis & per ſe viſibilia, lumen eſt actus diaphani & qua-*

Lumen opacum.

*litas emanans à corpore luminoſo, opacum eſt terminans diaphanum & lumen, denſumq; prout in elementis & mixtis, & plantis & animalibus reperitur materia ex his tri-*

Quid color.

*bus ſimul commixtis perfectè vel imperfectè colores emergunt extremitates diaphani terminati, varij quidem ex varia determinata eorum miſcela variante quantitate, qualitate, ſitu, motu, denſitate, raritate, duritie, mollitie, aſperitate, & lenitate corporis colorati. Miſceatur bilis & pituita æqualiter, ſtatim color medius ex albo & flauo conſurgit, flauities cum albedine, vel albedo cum flauitie & vocabitur ſubrufus, & palearis, accipiatur alter color æqualiter ab extremis diſtans refractis principijs diaphano, opaco & lumine, glaucus apparebit. His addatur ſententia Auicen.lib.1.fen.2.doct.3.c.3.viriditatem in humano corpore ſequi ſanguinem congelatum & denſatum, & colores mediatè à primis qualitatibus*

alte-

*alterantibus subiectum & transmutantibus in diaphana, opaca & lumina, ex quibus immediatè semper oriuntur, vndè docebat Auicen.* si frigiditas agit in aquam, aut aqueum dealbat, inspissato diaphano cum aqueo opaco, si verò agat in siccum vt glaciem, obscurat, frigiditate tunc magis densante, caliditas verò è contra, humidum sanguinem, & sanguinem denigrat, sed sicca albificat, capillos tamen & papyrum denigrat, lac & mel, & albumen oui dealbat.) *Sanè quando diaphanum aqueum aut aereum dissipat, nigrum facit, vt ligna, carbones verò in cinerem transmutando dealbat, qui cum magis exsiccatur, albidior afficitur, acquirens naturā aeris diaphani, & ignei. Hæ eadem de alijs transmutationibus alternatim statuenda.*

*Meritò in Lampetra sanguis rubeus gignitur ab epate viridi, id enim est sanguis formaliter & intrinsecus congelatus coctione, & in substantiam viuentem transmutatus, deinde illa viriditas non ei est realiter & perfecta commixta, imò separabilis à parenchymate viuente, sanguis verò in venis non congelatis rubeus manet miscela bilis, congelatur iecur & densatur in Magna Lampetra, animali melancholico frigido & simile sibi alimentum parante, semper mistum ex diuersis substantijs humoralibus, vt queat varia membra & diuersa nutrire.*

*Est epar ad vitæ munera calidum & humidum & vita animæ mansio in calido & humido. (Pauca caliditate actuali dominante, cum frigiditatis subdominio & attemperatione, nam virtuale dominium caloris in hoc animalculo sufficit ad mistionem, eius formam, & vitam etiam si frigiditas gradualis facta & temperamento superet, vti in lactuca & semperuiuo, multis plantis, & alijs animalibus frigidis: sanguis enim illius Lāpetræ in venis collectus scilicet uitro ad 4. dies, statim uiret, portione diaphana, aerea, aqua & ignea tunc* Obiecti respons.

*resolu-*

*resoluta, & aerea & aquea manẽte. Secũdo sanguis pituitosus pariter uase adseruatus etiam uirescit. Tertio lac albũ diu coctum, primo rubeum, deinde uiride & ultimò nigrum fit. Quarto folia fraxini uiridantia aqua macerata colorem cæruleum repræsentant. Quinto Lactuca, succum lacteum alimentalem intus possidet, extra uiridis se manifestat. Chelidonium succo croceo exornatur, in folijs tamen uiret una etiam croceo refulgens; At albus ille color à lactuca & croceus in chelidonio intrinsecè, tanquam partis uiuentis & formaliter dominatur, & una cum temperamẽtis primarum, secundarum, tertiarum & aliarum qualitatum atque facultate uegetatiua succum terreum in lacteum et croceum sibi similem pro nutritione, et in substantiam uiuentem traducit. Jlla enim uiriditas his in plantis, licet naturalis et propria, non est tamen à parte uiuente inseparabilis, imò manente essentialiter adhuc substantia uiuente lactucæ et chelidoniæ potest realiter segregari et ablui, quia non est exactè permixta, ita Magnæ Lampetræ iecur conficit melancholicum coctione densatur uiriditate excrementi melancholici, non biliosi, non æruginosi, non porracei, (solum fluxilis et tenuis in uenis rubescit, spiritu et calore naturali emicante;* omnes etiam post copiosam aquæ gelidæ potationem facie virides conspiciuntur *testimonio Auicen. lib. 3. fen. 5. tr. 7. c. 15. Jta etiam ortum ducens Icteritia à frigiditate, siccitate atque frigore, urinam et calorem totius uiridantem facit, deinde si color iste uiridis tingit, sicuti urina ictericorum, non est igitur exactè permixtus substantiæ epatis uiuentis, neque intrinseca formalitate, sed separabilis, et si insipidum est; ergo non bilem porraceam annexam habebit, omni tamen Lampetræ magnæ et omni tempore conuenit, ut proprius & naturalis, et æqualiter dispersus per totam substantiam epatis, at non operatur, quod enim non est uiuens, et de interna eius formalitate accidens uel substantia,*

stantia, nequit sibi simile gignere.

Verum statim quis insurget contra dicta, si epar calidum & humidum consistentia, mole bilem & melancholiam gignit, etiam in his rubeum colorem non autem croceum & nigrum parere debet. Secundo si ipsum epar est crassum parenchyma & solidum, cur etiam chylum in sui similitudinem non transmutat, & sanguinem animatum facit? Tertio, si sanguis conspicitur rubeus in venis, cur etiam non in epate? & quarto cur rubescit cor & sanguis in eo: annotatur primo triplex similitudo uniuocationis, analogiæ & mista. Secundo triplex complexio seminalis, & menstrualis. Secunda actuata à calore & vi influente à corde. Tertia, ex his mista. Tertiò triplex viriditas, vna à calore exurente, secunda à frigiditate, tertia miscela albi & nigri, aut rubei & nigri. His veritati accommodatis responsa præbeantur.

Obiec. 1.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Triplex similitudo
Triplex cõplexio.
Triplex viriditas.

Ad primũ Epar uniuocè sanguificat materialiter, & præparat illã portionẽ chyli dulcẽ congruã transmutatione in propriã sui substantiã, bilẽ videlicet igneã, & melancholiã terream inutilem sibi eadem vi sibi conficit ac segregat, recipientem colorem & abruptionem passi, & à sanguifica uirtute. Hos quatuor humores sibi vtiles & excrementitias in se habens has quatuor humiditates, licet sensu videatur tantummodò homogeneum.

Ad secundum dicendum. Sanguinem in venis esse adhuc in uia, & in transmutari, parenchyma & partem uiuentem posse fieri incrassatione & calore, generali primò à natura tanquàm alimentum commune & uniuersale omnibus membris, qui & primum rudimentum accipit ab epate, virtute delegata à corde, sed ultimam perfectionem ab ipso per se primo & principali, & per arterias, (sphæra tamen actiuitatis, cordis & epatis usq; ad ultimas arterias et uenas pertingit, sicuti cerebri ad vltimos neruos; at diuerso respectu ex ori-

*gine sunt per se causæ quatuor humorum.*

*Ad tertium Respondeo sanguinem Magnæ Lampetræ rubescere primo vi agentis animæ epatis, secundo eius tempementi calidi, & humidi, caloris & reliquorum, fauere & aptitudinem materiæ chyli bene dispositi.*

*Ad quartum Cor rubeum sanguinem rubeũ producit, & non uirescit, quia magis densam substantiã obtinet, & maiori calore exornatur, qui in siccum agẽs rubificat, & aereas, & igneas partes exsiccat; non immeritò his de causis sanguis in Lampetra rubescit, cor & epar intrinsecè seu formaliter: de principatu cordis, de calore innato, & q̃uo Hippoc. Arist. Plato & Gal. inter se nõ dißentiant, iã decem ab hinc annis breuiter & propriã sententiã in lucem edidimus confirmatum ab Auicen. lib. de uirtutib. cord. & alibi, et ab Alexãd. Aphrodis. lib. 1. de anim. cap. ult. In praxi nostra uniuersali, in Cosmitore, in Elucidario & alijs nostris lucubrationibus. Hæc habui breuiter inquirenda, & obiter de uiridi epate Magnæ Lampetræ, ut tibi uiro doctissimo morem gererem.*

*Porrò obiter dicendũ, plures Pseudogalenicos malè Galenum interpretari, & tueri, de principatu cordis, de origine venarum, arteriarum, neruorum, de facultatibus animæ, de anima hominis, an in corde, an alibi, de generatiua, uegetatiua, sanguificatrice, nam in his nullo pacto dissentit Galenus ab Aristotele, nisi in uerbis, & ipse, & Hippocrates fatentur cor primum viuens, & ultimum moriens, & primum fontem caloris, spiritus, & animæ, & omnium uirtutum eius, primum vniuersale, cõmune, primum genitum, prima manatione; at secunda delegari ministris cerebro, epati, testibus, ortum ducere à corde omnia vasa, tanquam à principio distributionis, eradicationis, finali, à loco primo, qualibet membra separatim generari à determinata formatrice, et determinata materia singulari, vt statuit Auicenna, & doctißimè, &*

*ratio-*

*rationabiliter: sanguinem arteriosum spumantem in sinistro iacentem in dextro uentriculo puriorem alentem ad superiora, reliquum medium, & crassum perfici ab arterijs iunctis uenis per anastomasim, à dextro etiam infra progredi, quia ualuulę non omnino clauduntur; non fuiße necessarium totum sanguinem fluere ad cor, necessarium necessitate absoluta fuisse, solum ultimam perfectionem alentem recipere à corde in ipso, immediatè, uel mediatè ab ipso per arterias, uel per contactum sanguinis primo elaborati in corde, rudimentum tradere hepar, ibi habere necessario receptacula excrementorum, quæ debebant à ministro separari, non ab imperante regio.*

*Sed ne videar exarare, & aliorum rationes colligere (vt non nulli scioli faciunt) qui amplissimos libros ex aliorũ sententijs consarcinatis in vnum colligunt, & amplificant; hæc sat erunt, per legant de calido innato, & principatu cordis, & dictata in parua naturalia Viri præclarissimi, qui inter recentiores philosophiæ primas partes tenet. (omitto quæ ego omnium minimus alibi in libris de Idea, & Theatro, in praxi vniuersali de malignis, in Cosmitore, & quarto in Elucidario Anatomico, & chirurgico, atque in sermonibus Academicis disserui, & quas passim adnotaui in Commentarijs super librum Hippocratis de Insomnijs, & hic in Auenzoar per sententias dilucidatas: non decet practicum diutius in his commorari, quæ ut dicebat Auicena & Auerroes magis ad philosophum spectant; fortasse ex professo in alijs nostris lucubrationibus, in quibus ostendam sententiam Galeni, Hippocratis, Aristotelis, Platonis eße concordem, & male vsq; adhuc intellectam multos errores produxisse, multosq; aberrare, qui peripatetici peripateticam doctrinam profitentur, multosque medicos à veritate discedere, qui Hippocraticam, & Galenicam artem faciunt, cum non alia sit eorum sententia, quàm supra recitata, & passim & obiter in his Com-*

*mentarijs, & sententijs exposita, & enarrata, breui oratione, omissis rationibus, experimentis sensibus, autoritatibus, quæ requirunt particularem tractationem: veritas vna est, sed non ab omnibus vna dignoscitur, et vnicum membrum principale in homine, & vnica anima rationalis tetragona continens trigonum, vnum indiuiduum ab vnitate regia, delegante, plures alij ministri, & subreges apparent, corporei, incorporei, qui videntur particularia ministeria at magna & præcipua manifeste magis exercere, manifestare; non decet regem sententias omnes afferre, & iudicare, sunt iudices particulares, non decet Ducem omnia facere, constituit varios magistratus, varias dignitates, & singulis singula ministeria decernit, vnus tamen Rex, vnus Dux, à quo cæteri omnes magistratus, dignitates, iudices, ministri dependent, per vnionem, consensum, conspirationem mutuã, per cõmune temperamentum ad munera similaria, communem commensurationem, organizationem, ad opera, vsum, actiones, adquè cætera munera dissimilaria; solum cor obtinet hoc commune vniuersale, & commune in similaribus, & organicis, solum ad sensationes, & iudicia, solum ad vsum, & motus, solum ceteris distribuit, impartit, & solam vitam, calorem, & influentiam communicat per arterias, uenas, & neruos, per spiritum, sanguinem, & substantiam communem, & proportionatam omnibus membris, ossibus, ligamentis, membranis, neruis, arterijs, uenis, musculis. nam eius substantia est particeps horum omnium, & media, ut omnibus satisfaceret, conueniret, congrueret,* natura nihil frustra faciente, neque ab extremo ad extremum transeunte, *inter os, & carnem mediat periostium, ita in reliquis contingit. à corde, à pulmone ad costas, à cerebro ad craneum mediant membranæ, ab intestinis mediat peritonæum, quod omnia membra cingit, ambit, & uestit ad tutelam: & mediator primus uniuersa-*

*uersalis, communis est cor, spiritus, sanguinis, & solidorum.*

## SENTENTIA LXXVII.

Ex cap. 5. lib. citato.

*De ægritudine splenis, & spleneticis medicamentis.*

CVR *statuit Auenz.* splenem sustinere fortiores medicinas ipso epate? & debere semper eis aliquid acetosi admisceri? 77. De vitijs splenis, & medicamentis.

## DILVCIDATIO LXXVII.

*An splen ignobile membrũ actiones præcipuas nõ exercet, sed laxa carne, & spongiosa præditũ facile attrabit, et recipit chilũ crassiorẽ & crassos succos, & melãcholicos, & fere neruis priuatis sentit, sed pluribus arterijs abũdans sẽper in motu agitatus conterit crassos succos, & attenuat, & calore eget attractione aquosi liquoris, qui p uenas splenicas attrabitur à ventriculo, imo etiam facile ad renes permeat, & iure ab Hippocr. dicebatur fons aquæ (inuenitur in venis à stomacho ad lienem tendentibus chilosa substantia) acetosa autem medicamenta vtilia sunt, quia gaudet acetositate, succisque acetosis assuetus, qui etiam aperiunt, & attenuant, vnde facilius allicit ipsa medicamenta acetosa*, & hæc viam ceteris parant, *preterea acetosa medicamenta attenuant, & incidũt terreos humores, vti melancholicos, acetum igitur fumaria, polipodium, capparis, spleni accommodant: sed hoc loco concilianda est contradictio in ipso Auenz. nam in Antidotario capite de febribus melancholicis curandis damnat hæc, an ibi enim loquitur de basi medicamenti, hoc vero loco laudat*

Acetosa cur à splene attrahantur.

Conciliatio.

De acetosis.

Solutio.

*dat pro vehiculo tantum? præterea acetosa, vt Acetum, polipodium, vi attenuandi & aliqua calefaciendi constant, & non sunt simpliciter frigida, & sicca, vt oxalis, succus citri, & limonis?*

## SENTENTIA LXXVIII.

Ex lib. 1. tract. 14. cap. 1.

### *De hernia intestinali.*

78. De Hernijs.



*VR in scissura, ruptura, nempè hernia intestinali vtitur Auenz.* pane benefermentato, & passeribus decoctis in taffea, vsquequò caro ab ossibus dissoluatur & per duos menses facit ægrum perpetuo supinum iacere, & dormire?

### *DILVCIDATIO LXXVIII.*

78. De passerculis de panefermentato. De dormitione supina. De Taffea. De situ supino vtili in hernijs.

*An cibus ille siccus, & exiccans & agglutinans est? nam panis benè fermentatus exiccat, & agglutinat, ita passeres decocti in taffea, (Taffea est ius anetho & cumino concinnatum in olla, vulgo Stuffatum,) situsque ille supinus allicit intestina ad cauitatem abdominis, & inhibet, ne in scrotum descendant, & grauent partem, sifac, debilem pondere: immo hac quiete valet ruptura, & dissoluta vnitas panniculorum vniri.*

SEN-

## SENTENTIA LXXIX.

ex lib. 1. tract. 15. cap. 1.

De cibatione hectici.

### *De Hectica stomachi.*



*VR* *Auenz.* ciborũ ægrum ter in die hectica stomachi sicci, & calidi laborantem, & cur pullis, & testibus gallorum multum coctis, pane fermentato absque sale, vel pauco?

### *DILVCIDATIO LXXIX.*

*Testatur Celsus lib.* 1. *cap.* 2. magnam partem vrbanorum omnesque cupidos litterarum esse stomacho imbecilles, maioriq; obseruatione egere, vt quod loci, vel corporis, vel studij ratio detrahit, cura restituat; *quapropter cũ stomachi concoctrix in præsentia debilis ob intẽperiem eius siccam, nequeat multa concoquere, Auenz. & ter in die cibaria facilis coctionis, sed humectãtia pauca instituit, vt viribus opem ferat, & magis substantificè humectet, alimentum enim quatenus alimentum semper humectat, & calefacit, testes verò gallorum optimè concocti plurimum præstant alimenti, & facilè concoquuntur ob substantiam mollem, liquidam, calidam, & humidam, ob paucam quantitatem, & diuturnam cocturam ventriculi calor facilius hæc valet vincere, & in chylum transmutare; difficilius concoquuntur ea, quæ temperatura excedenti prima vel secunda, vel duritie, & crassitie calorem temperamenti formam complexionalem, & compositionalem ventriculi superant, demum fermentatum panem cum exiguo sale præbet, quoniam minus exiccat, et magis humectat, & diu adhæret corpori, nec facilè dissipabilis est, vt glutinosior.*

79. Qui sint stomaco imbecilles vrbani. Not. Cels. lib. 1. cap. 2.

Cur ter in die cibis hecticos à stomacho.

Testes gallorum.

Panis fermẽtatus.

Auenz. dilucidata ex lib.2.de morbis ventris.

## SENTENTIA LXXX, ex lib.2.cap.1.tract.1.

### *De ægritudinibus Intestinorum, de scyrrho.*

80. Scyrrhus.



CVR *Apostema* tumor factus à melancholia, *idest humore frigido, & sicco,* nullatenus potest digestionem recipere? reliqui verò tremores ex phlegmate, bile, & sanguine recipiunt?

## *DILVCIDATIO LXXX.*

De tumoribus ventriculi. Tumor quid & quotuplex. Frigidus pituitosus melãcholicus. Calidus biliosus. Sanguineus. solutio. Humor melancholicus. qño concoquitur. Duplex coctio, vna ad alimentum, altera ad euacuationem.

*Sciendum primo differre tumorem genitum à bile, melancholia, sanguine, pituita, & ratione speciei humoris, & ratione intemperiei, nam pituitosus erit frigidus potentia & actu, ni putredine fortasse calidus, & siccus euadat, colericus calidus, & siccus potestate & actu, at non subtilis, sanguineus, qui ex sanguine præter naturam fit, vel ex humore conuerso ad aliquam rubedinem erit calidus & humidus, melancholicus verò, nisi putrescat frigidus & siccus; Dicendum ergo asserere Auenz. melancholicum digestionem recusare fortaße quia humor melancholicus frigidus & siccus per se solus tumorem intestini producens accedit ad tantam siccitatem & crassitiem, præsertim in intestinis frigidis, & siccis membris, vt naturalis calor nequeat tranare poros tumores, & perficere interminatas illas, & crudas qualitates calore, & humiditate & vincere propriam humiditatem, non ad co-*

*ctionem*

*ctionem vtilem nutritioni, sed neque euacuationi, vt adaquetur, & attenuetur, sed dissipabitur potius & sensim, ac sensim vapore dissoluetur, ab Auenz. dicit non digeri, quia difficillimè concoquitur; sicuti dicit Aristot. Zonam torridam inhabitabilem, idest vix, & ægrè habitabilem; profectò melancholicus humor ægrè concoquitur, & tardè, & cum diu est frigiditate & siccitate deuictus, ita inspissatur, & induratur ac scyrrhosus, vt emolliri, aut digestionem amplecti nequeat ob nimiam pororum spissitudinem, & exiguitatem.* Humor melancholicus difficilè concoquitur.

## SENTENTIA LXXXI.

Ex loco citato cap. I.

### *De Dysenteria.*

*CVR si Dysenteria* à veneno ebibito oriatur nulla res est nocibilior, quam syrupus de rosis siccis? aqua rosacea? & semen psilij? refrigerantiaque medicamēta? 81. Dysenteria. Not. de medicamentis.

### *DILVCIDATIO LXXXI.*

*An licet refrigerent, & exiccent hæc medicamenta, atque roborent, attamen ipsa etiam retinent ipsum venenum, at uim non largiuntur expellendi, sicuti smaragdus & terra sigillata atque à tota substantia, datur igitur smaragdus ad pondus granorum* VI. *optimè tritus cum aqua, quia & ipsa refrigerat, humectat acrimoniam humoris tollit, & vehit smaragdū ad intus, & ad cor, & Hepar, & hæc membra tuetur, venenumque vno, & eodem tempore expellit.* Cura. Smaragdus vtilis dysenteriæ.

SENTENTIA LXXXII.
Ex tract. 2. cap. 3.

## *De Renum affectibus.*

De vitijs renum.

CVR *Auenz. in affectibus Renum* addit humida, & mollificantia stipticis, & adstringentibus? *quæ videntur contrarium effectum parere?*

## *DILVCIDATIO LXXXII.*

Medicamenta renibus.

*An humida melius valent stipticitatem abstrahere à stipticis, & adstringentibus? mollificantia verò ipsa intimius conducunt? si autem stiptica sola exhiberentur nimis condensarent humores, & indurarent? & cur* Renes & intestina ex re horribili nutriantur; *ideo etiam ex talibus medicamenta componuntur pro debellandis renum, & intestinorum affectibus?*

Dubitatur cur. Nutrimenta renū, & intestinorū, quę & qualia.

Solutio.

*An similia similibus gaudent, & nutriantur ex quibus constant, & facilè superantur: admirabilis est simpatia rerum manifesta, & abdita: à qualitatibus, & à forma totaque substantia.*

SENTENTIA LXXXIII.
Ex lib. 2. tract. 2. cap. 7.

## *De solutione unitatis Renum, & uesicæ.*

83. De solutione vnitatis renum, intestinorum, vesicę & cura.

CVR *Auenz. in ulceribus renum, & uesicæ, & apostematibus* inhibet omnes carnes, & laudat potum parcum, & panem, & omnia serapia modicè adstringentia?

## DILVCIDATIO LXXXIII.

*An carnes laxant, & potius augent pus neque exiccant, neque adstringunt, neque mundificant; potus verò copiosus ducit excrementa ad locum affectum, ideò robur his dandũ est, & adstringentia administranda, & præsertim si uiæ urinæ sint obstructæ, minuere potionem, panemque, & euitare carnes omnes oportet, Celsus lib. 1. cap. 3. utilem esse uomitum statuit, & in sententia propalanda uidetur sibijpsi, Hippocrati & Galeno contradicere, sed conciliabuntur, postea inquit* vomitus vtilior est hyeme, quam æstate, nam tum & pituitæ plus, & capitis grauitas maior subest; inutilis est gracilibus, & imbecillem stomachum habẽtibus: *at lib. 2. cap. 13. ait* vomitus vt in secunda valetudine sæpè necessarius est biliosis, sic etiam in his morbis, quos bilis concitauit; *quare sibi contradicere videtur, eoque magis Hippocr. & Galeno cum statuant* Æstate per superiora, Hyeme per inferiora *euacuationem competere, nã Bilis æstate abundat, hyeme pituita, & alibi è contra arte medicinali* pituita vomitu educenda est. *Dicendum uomitum indicari à quolibet succo pituitoso, & bilioso existente in cauitate stomachi, & ad superiora tendente, sed facilius bilis euomitur, subtilis, enim magis & facilè mobilis est quam pituita, & æstate solet copiosior excellere, vtilior hyeme est uomitus ratione pituitæ, utilior etiam quia minus nocet, æstate nec pituita abundat, & infirmat magis stomachum, æstate magis etiam necessarius ratione bilis, & facilior ratione tenuitatis humoris, at non dicit Celsus utilior, quia magis uires imbecillitat, & bis in mense eum probat.*

De facultatib. carnium in soluta vnitate vesicæ, renũ.

Not.

Cels. lib. 1. cap. 3.

Contradictio de vomitu.

Cels. lib. 2. cap. 13.

Contradictio.

Conciliatio de vomitu.

## SENTENTIA LXXXIIII.
Ex lib.2.tract.2.cap.8.

### *De affectibus vesicæ: de carnibus anseris, anatis.*

Vitia Vesicæ.

Remedia pro Vesica.



*UR inuoluntaria vrinæ excretio, scilicet Iscuria fiat à frigida & humida intemperie absq; humoris vitio, & Auenz.* cibat ægrotantes cum carnibus Anathis & Anseris assatis, vel decoctis cum rapis, *cum hæ carnes sint humidæ pituitosæ, atque frigidæ, & admodum acquosæ? potius turtures, &* columbini syluestris vtiles erunt.

## *DILVCIDATIO LXXXIIII.*

84. De carnibus, Anatis, Anseris. De Iscuria.

De rapis elixis. Cur vtiles cũ his carnibus Anatis Anseris?

*An cum assatæ sint hæ carnes excedentem humiditatem amittant? an secundo cum affectus internus sit & profundus egeat pro vehiculo alimento aliquantulum humido, sed craßo, & plurimi nutrimenti, quod plurimum alat, & plurimum substantificè calefaciat, non è contra, tales quidem sunt Anathis carnes & anseris, si etiam elixæ cum rapis exhibeantur ducunt alimentum ad vesicam, nam rapæ urinam prouocant, & generando plurimam serositatem, & uiam aperiendo tenuitate nitrosæ aquositatis:* carnes assatas, & semina exiccantia semel, aut bis in mense comedere *iubet Auenz. fortaße quia in regione Hispanica homines egent humidiori alimento, & cibis; humanum enim temperamentum calidum, & humidum à similibus conseruatur, & præsertim, vt resistat acri calido, & sicco, qui humidum radicale absumit.*

SEN-

## SENTENTIA LXXXV.
### Ex lib.2.tract.3.cap.1.

### *De eunuchis, & eorum moribus.*



*Ffirmat Auenz.* Eunucos ſubtilem vocem edere, eſſe vilis cõſuetudinis, & moris & abſque barba, non ſtabiles ſenſu, non legales, improborum morum, & ſi hæc habent à doctrina aliorum modo fortes, modo timidos, liberaleſque & vitio præter naturam delectari: 85. De Eunuchis. Et moribus eorum.

### *DILVCIDATIO LXXXV.*

*An cum amiſſione teſticulorum uitiatur calor, temperies, & habitus, ſpirituſque uitalis, naturalis, & animalis totius corporis languet, & ſolida imbecilliora euadunt, quæ ſunt organa naturalia animæ & omnium functionum eius? uerũ hæc diminuta & deprauata diminutas etiam, et deprauatas operationes animæ, appetitus concupiſcibiles, et iraſcibiles, et uoluntates efficiunt, et omnia uitia concomitantia hos appetitus inordinatos exercet:* (abſque teſtibus eſt animal incognitum, nec femina, nec mas,) nec mores maſculi, neque feminæ: ex omnibus enim animalibus eſt mas, & fęmina: *uerum longam diſſertationem habui hac de re in lib. noſtro de Theatro, et idea omnium ſcientiarum. Pariter lęua manu utentes prauos mores, et actiones obtinent, ambidextri æqualiter uerſatiles sũt, ſicuti gibbi animo et corpore deturpati apparent: maligni, callidi, doloſi, execrandis uitijs addicti, infidi, rebelles, atheiſtæ, odore fędo olentes.*

85. De moribus eunuchi.

Mores nãles ſequũtur temperamẽtũ corporis & organizationem diſſimilarium.

Auenz. lib.2. tract. 5. cap. 4.

Qũo & cur ambidextri, ſeues à natura, atque

Gibbi mores prauos habeant.

SEN-

## SENTENTIA LXXXVI.
Ex loco citato cap. 2.

### *De euacuatione, & determinata intermißione in apostematibus.*

De vsu medicamēti. quando agendū. de asfellatione.



VR *Auenz. statuat in apostemate testiculorum melancholico*, spatium inter vnam assumptionem medicamenti, & aliam, tot dies, quot assellationes infirmus egerit, & iubet iterum dari medicamentum idem.

## *DILVCIDATIO LXXXVI.*

85. Quando & cur reiterandum medicamentum. quando agendum.

*An humor melancholicus terrestris, & rebellis vnica purgatione non exturbatur, & illud spatium tot dierum indicatur à præsenti & urgente, & permittente virtute, quæ si tot euacuationibus fuit defatigata, tot etiam diebus debet à labore quiescere? Spatium illud assellationis, est signum indicantis, & permittentis medicamentum, si vna tantum vice euacuat, erit nè secunda die denuo exhibendum medicamentum purgans? quæ præparatio, quæ concoctio vna die celebrari potest? an vulgare sit, & anile dictatum? an signum vt plurimum obseruandum ratione virium? nam quot vices æger excreuerit, & euacuationes fecerit (assellationes dictas à sella) per tot dies iterum debet virtus nutriri, & restaurari, & debilitata per tot euacuationes, per tot quietes, & dies, & alimenta reuigoretur, & reficiatur, vt per illa verba Auenz. præbeat nobis documentum, virtutem permittentem significare, & connotare: semper enim triplex adest toties decantatum indicans, curatorium, præseruatorium, atque vitale,*

Solutio. Asfellatio quid & cur spectanda.

Asfellatio cur indicat.

De indicantibus & permittentibus tribus.

*mor-*

*morbus, causa, & virtus, triplexque permittens, triplex prohibens, triplex contraindicans, similiter morbus, causa, symptoma aut virtus; cetera uero omnia hæc connotant, & consignificant, tanquam notiora nobis, & præmonstrant ignotum indicans internum: aut prohibens, aut permittens, vr gensque in præsentia.* Connotantia indicans, aut permittens, aut prohibēs, vrgens.

## SENTENTIA LXXXVII.
### Ex lib. 2. tract. 5. cap. 4.

## *De sensu vuluæ, de descensu vteri & Testibus.*

CVR mulieres testes planos, mares autem rotundos à natura obtinuerint, & absque testibus animal incognitum, & incertum euadat, & appelletur? 87. De vitijs vteri, cur mulieres testes planos, mares rotundos habent.

## *DILVCIDATIO LXXXVII.*

*An in Masculis sunt testes (loquitur enim de homine) vt plurimum ad extra, & rotunditas maiorem perfectionem, capacitatem materiæ, & caloris adnotat, euitantque facilius noxas externas, plani vero in mulieribus intus sunt, imbecilliquè debent à calore foueri, qui debilis minus eleuat, & in sphæricā figuram nequit conformare: præterea* est animal incognitum, *quia omne aīalis genus perfectū saltē sanguineū masculū, & fæminā habet propagandi gratia testibus exornatū, absq; uero his,* neque mas, neq; femina *existit, ideo neque maris, neque mores feminæ, neque masculi propriè imitatur, cum testes sint principalia mēbra delegata à corde primo fonte calore uiuido, et facultate nō solū ad semē materialiter, et formaliter generandū, sed ad uniuersum corpus immutandum, emittunt quoddam uirus, & quoddam fumosum, &* 87. De testibus. De rotunditate testium, & vsu in maribus. De planitie testiū & vsu in feminis. Animal incognitū. Testium virtutes.

*acre calidum per uenas ad Epar, per arterias ad coram delegans (et) genitiuum primum uniuersale, & per neruos ad cerebrum, ex quibus tribus substantia testium completur, unde quasi robur his membris illo uirulento calido impartiũt, odoremque horribilem effundunt, & tenorem naturæ adiuuant, & conseruant: in corde uero generica hæc uis est & fæunda, & roboratiua, sicuti generatiua omnium energiaeè.*

## SENTENTIA LXXXIII.

Ex lib.2.tract.6.cap.1.

### *De luxatione, & fractura ossium.*

88. De luxationib. & fractura.



*VR in fractura ossis* primo æquandum sit membrum, secundo ligandum, tertio inungendum & quarto singulo die dissoluendum, & hæc hoc ordine iterum sunt agenda molli potius ligatura, quam stricta?

Deligaturis.

Not.

## *DILVCIDATIO LXXXVIII.*

18. De fractura et curatione eius.

*An æquandum sit membrum, ut ad eamdem formationem, longitudinem, et figuram naturalem redeat, et tertia uero die dissoluendum, ne oriatur inflammatio, quæ quarta contingere solet, et quia tertia dies est medium hebdomadæ, et est ut plurimum sextilis aspectus lunæ ad morbi initium; humorum et alteratio fit, et corporis uniuersi: die tertia deligandum, ut motus naturæ liberi sint, et inhibeatur inflammatio, et dolor.*

SEN-

## SENTENTIA LXXXIX.

Ex lib. 2. tract. 7. cap. 2.

### *De Pruritu, & uesicis cutaneis.*



VR si humor purgandus fuerit melancholicus, *utitur Auenz.* iure galli antiqui frangendo ossa eius ante decoctionem, *& addit* polipodium, ad tertiam partem coquit omnia simul, donec ossa & caro dissoluantur? postea manibus fricat, colat, sexq; vncias huius iuris exhibet? 89. De vitijs cutaneis. De iure galli parando. De modo agendi.

### *DILVCIDATIO LXXXIX.*

*An cum humor melancholicus sit difficilis euacuationis, ut Terreus, crassus, & siccus, ita humectante ualido, euacuante, & abstergente eget, ius igitur galli hæc omnia præstat fractisque cruribus ob medullam magis humectat, & lenit, polipodium humorem melancholicum euacuat, & corrigitur à iure galli calido & sicco, pinguique: modus agendi ostenditur per cocturam ad tertium usque quo ossa dissoluantur, ut humiditas substantifica abundet.* 89. De iure galli indicato ab humore melancolico. Cur frangantur ossa galli?

## SENTENTIA LXXXX.

ex lib. 2. tract. 7. cap. 3.

### *De Variolis, & morbillis.*

CVR *Auenz. in morbillis* prohibet vsum dulcium, & omnium carnium, *& Rasis etiam* 10. *ad Almansorem cap.* 18. *& lib. diuisionum cap.* 159. non conce- 90. De variolis, & morbillis.

dit pullos, nisi, postquam omnes cortices, qui sunt super loca variolarum, remoti fuerint, & febris atque omnis calor à corpore euolauerit?

## DILVCIDATIO LXXXX.

*An quia morbillus, qui è pustula biliosa, & copiosa in cute producta ab humore subtili tenui, calido, et sicco menstruali bilioso, uel ab ichore sanguinis, aut pituitæ salsæ, aut melancholiæ torridæ; quare ea quæ augent talem succum, & eius feruorem, & ebullitionem, euitanda, talia se præstant dulcia, carnes omnes, alimentum calidum & humidum, aut calidum, & siccum gignentes, potius ergo lactucas coctas aceto, lentes aceto, medullas citruli, et angurias comedant ægrotantes, & decocta refrigerantia, & humectantia atque ad cutim ducentia, vt semina peponum, hordei, florum cord. lactucæ, endiuiæ, acetosæ boraginis, liquiritiæ, capilli Veneris cum succo citri, & limonum inter initium, facta vero ebullitione, & ad cutim transmissione adhuc magis lentium excorticatarum, acetosæ, endiuiæ sem. cucumeris peponis, cucurbitæ, liquiritiæ, apij, ficuum, violarum, & sebesten, atque iuiubarum: in variolis autem, quæ sunt pustulæ in vniuerso corporis habitu, grandiores, & repletæ atque tumidæ vel sanguine, vel pituitoso, vel melancolico, & antecedenter excitantur à sanguine menstruali crassiori, vel sanguineo prædominante, vel pituitoso, vel melancholico, vel ichore crasso crassi sanguinis ebullientis, aut pituitæ, aut melancholiæ, vt pueris, & infantibus, vt plurimum contingunt: exhibendi sunt syrupi, & decocta attemperantia inter initia ebullitionem, & feruorem, deinde ad cutim mollifice propellentia, veluti pulpa tamarindorum, decoctum hordei, passularum dulcium, violarum, capilli Veneris: alia sunt administran-*

[Margin notes: 90. Quid sit morbillus. / Causa morbilli, variolarum. / Curatio. / In principio apparitionis. / In apparitione. / Quid sit variola. / Causæ. / Causæ variolarum in specie. / Cura intra initia primo. / Secundo. / Tertio.]

*nistranda ante apparitionem variolarum, alia in apparitione, & tertio alia post apparitionem, habita ratione succi dominantis, ægri temperie, ætate, anni tempore, & constitutione vagante benigna, vel maligna animaduersa: hæc in praxi obseruanda factis non verbis, & vaniloquentia sesquipedali: at de his libro de praxi vniuersali.*

## SENTENTIA XCI.
ex lib. 2. tract. 7. cap. 11.

### *De cutis decoratione, & corruptione.*



*VR Auenz. dum cutis excoriatur, & corrumpitur ab humore melancholico adusto, expurgat ipsum* helleboro, lapide lazulo, epithymo, & polipodio, postea exhibet theriacam, laudatque galli iusculum, sed in maxima quantitate arte paratum? 91. De cutis excoriatione, corruptione.

### *DILVCIDATIO XCI.*

*An iusculum gallinæ magis humectat siccitatem melancholici succi, & multitudo eius obtundit etiã acrimoniam, & postea educit hellebero nigro, aut lapide lazuli, epithymo, polipodio per aluum, & ad cutim: hæc quidem melancholicum succum exturbant, hæc concoquunt, & attemperant. Auenz. exhibet etiam hoc ius in lepra curanda, quoniam leprosis est medicamen, & auxilium præstantissimum: assuescant igitur ægri ius gallinæ copiosè potare, nam Auenzoar peritissimus in medium affert dicta plurimi experimenti, & vtilitatis, melancholicus enim succus maximè rebellis diu resistit, diu etiam & summi vigoris medicamentum exoptat, vt materia præsidij correspondeat indicanti.* Iusculum gallinæ vtile prurutui & melancolię exustę. Lepræ.

## SENTENTIA XCII.

Ex lib. 2. tract. 7. cap. 13.

### *De paralysi, auxilijs ad eam, eorumque recto usu.*

92. De paralysi & eius cura.



*VR in Paraysi Auenz. vtitur* rebus calidis, sed non in excessu, *nempe* columbis masculis syluestribus de nido, capitibus leporum in Taffea, turturibus assatis in veru, & gallis magnis, & præsertim nigris, *& probat*, vt æger ad iram, & excandescentiam concitetur, calefiat eius complexio, fricetur corpus manib. mollibus, in ieiunio præsertim, si à frigiditate sit paralysis orta?

### *DILVCIDATIO CXII.*

92. Cura paralysis. Not.

*An primo res calidæ non in excessu administrantur ne substantias neruosas natura siccas magis arefaciant, & poros, & meatus substantiæ nerueæ medullaris, per quam radij animalis spiritus tranant, nimis densent: calida quidem attenuantia, calefacientia, & modice exiccantia expetuntur, his dotibus columbi siluestres de nido gaudent, nam grandiores magis exiccarent: leporum capita non assa, sed elixa in Taffea, nẽpe aqua, oleo, & coriandris his de causis probantur, sicuti turtures assæ eliguntur, vt ficciores ipsæ euadant, & gallus magnus, & niger, qui temperiem ficciorem ostendit, ira excitatur, vt sanguis ille accensus, & spiritus diffusus per vniuersum neruos calefaciant, & exiccent & humiditatem densantem absumant, viasque reseratas reddant.*

Taphea quid sit.

Gallus magnus.

SEN-

## SENTENTIA XCIII.
Ex lib. 2. tract. 7. cap.

*De Spasmo.*



CVR *Auenz. iubeat ægrum* custodiri ab omnibus crudis, & vapores gignentibus spasmo correpto à vaporibus crudis ex cõmixtione pomorum superflua potatione, ebrietate, vsu agrestæ crudæ, sed laudet passeres, & turdos decoctas in aqua & oleo, aut assatas in veru & panem bene fermentatum, sed maior sit quãtitas carnis, quàm panis? *Hæc Auenz. digna animaduersione proponit.* 83. spasmus. Not.

## DILVCIDATIO XCIII.

*An* contraria contrarijs curantur, *& præseruatiua remedia à causis, & vaporibus indicata exposcunt dissoluentia, attenuantia, & calefacientia, qualia sunt passeres, turtures, panis bene fermentatus, grana pini, auelanæ, deinde quod adnotandum venit, maior pars carnis quàm panis commendatur; quoniam hæ carnes enarratæ magis exiccant, attenuant, & calefaciunt, quàm panis, qui licet bene fermentatus sit, attamen incrassat, & crassum sanguinem gignit, triticum enim multum nutrit, & crassum alimentum, & plurimum præbet, carnes verò illæ turturum, & passerum parum & leuis nutrimenti, sed optimi existunt, attenuant quidem, calefaciunt, & sanguinem calidum, & siccum efficiunt.* De spasmo & eius cura. Dubitatio. Not. Solutio. Panis fermẽtatus.

SEN-

## SENTENTIA XCIIII.
Ex lib. 2. tract. 7. cap. 18.

### *De Tremore.*

94. Tremor quid sit. Causæ.



VR in tremore, qui & prauus motus ex violento, & animali voluntario compositus, dum imbecillis motrix nequit pōdus membri sustinere, & illud eleuare, orta pugna inter pondus, & virtutē, tremor apparet? *& cur Auenz. in sene tali affectu correpto exhibet* restauratiuum columborum syluestrium clarificatum, depuratumque (abiectis collis, & capitibus) *videlicet columbinos* tritos, & contusos abluit in lebethe cum aqua, & coriandro, & parū olei, & salis, ebullit vsque ad perfectam decoctionem, colat, & exprimit diligenter, & succum ad bibendum præbet?

Cur tremori iuuāt resumptiuum columborum. Not. Qūo conficiatur resumptiuum destillatum. Extractum carnis. Not.

### *DILVCIDATIO XCIIII.*

Tremor, & cura. Alimentum à quibus indicatur. Resumptiuū à quibus indicetur.

*An alimentum indicatur à viribus corporis, quatenus illud nutrit, & eas conseruat, & à rebus præter naturam, quatenus ipsis contrariatur, restauratiuum à viribus debilibus senis indicatum, facilius, & à stomacho imbecilli cōcoquitur: calidum verò, & siccum attenuans quid agendum specificum indicatur ab angustia neruorum à frigiditate, & humiditate humoris pituitosi angustantis poros neruorum; & à frigiditate neruorum condensante, deinde vt nutrit, potest animales spiritus, & vitales copiosos producere claros, & lucidos gignere: nam sicci sunt hi spiritus, & ætherei ex optimo sanguine, vitales in corde ex his, & aere, & vapore sanguineo,*

*ani-*

*animales in cerebri retiformi enascuntur, et perfectiorem elaborationem acquirunt sensibus, rationi & motui accommodatam ex Galeno: ex Arist. verò solam alterationem, & attemperationem à cerebro adipiscuntur.*

## SENTENTIA XCV.

Ex lib. 2. tract. 7. cap. 19.

### *De pediculis aut uulgò pedosellis.*



CVR pruritus cutis excoriat eam, & oriuntur animalcula pauca, viua, & vix visibilia, & curatur hæc ægritudo (præter purgationem, & inunctionem ex succo foliorum persici, centaureæ, absynthij, amigdalarum amararum) cibis potissimum, & perdicibus coctis in taffea cum aceto, & inter fructus auelanis? *hæc Auenz. doctissimis experimentis artem curandi tradit practicis, quæ digna videntur speculatione dilucida.* 95. De pediculis. Cura.

## *DILVCIDATIO XCV.*

*Auenzoar hæc summa cum ratione in medium affert inimica & aduersa vitæ animalium, quæ in calido, & humido mediocri viget, deinde sunt materiæ præseruatoriæ à causis morbificis indicatæ; acetum enim incidit & exiccat humorem crudum putrescentem, ex quo oritur animal, & interficit etiã ipsum, sicuti etiam reliqua amara, at perdices siccæ, minimè putrescibiles sunt, sed alimentum siccum & attenuans subministrant, admodum aduersum generationi pediculorum: auelanæ etiam frigidæ, & siccæ putredini, & acuitati humoris, atque acrimoniæ resistunt; elegit potissimum Auenz. pro cura-* Dilucidatio. De pediculis. & eorum cura. Perdices. Auelanæ.

*curatione, & præseruatione huiuscemodi cibaria, vt sanguis ex ipsis ingenitus, & deinde in partes viuentes transmutatus, nouum temperamentum, & nouam spirituum, & humorum generationem priori contrariam restituat; difficilem putredini, & ortui animalium à toto genere præter naturam.*
2. Meteor. Finis putredinis, *ex Arist.* est animal, fimus terra.

## SENTENTIA XCVI.

Ex lib. 2. tract. 7. cap. 27.

### *De cancro, de pullis, & pane triticeo.*

96. De cancro. Cura.



CVR *Auenz. in cancro* cibat patientem pullis paruis conuenienter coctis, pane triticeo optimè fermentato, auelanis, amigdalis, & fisticis, reliquos omnes fructus prohibendo, *hæc Auenzoar.*

## *DILVCIDATIO XCVI.*

De cura & essentia cancri. Modus agenid. Fistici. Auelanæ.

*Imitentur obsecro practici Auenz. peritissimum Medicum, qui breui Methodo semper indicantia, permittentia, prohibentia, & contra indicantia, & vrgentia, causam, morbũ, symptomata, & virtutem animaduertit, & inter se comparat, & vrgentioribus primo medetur: nonne pulli parui conuenienter cocti indicantur à viribus, & causa morbifica? nempè materia melancholica, frigida, & sicca craßa? & à uiribus debilibus? quæ optant humectantia, & calefacientia? qualia sunt pulli parui, & conuenienter cocti, deinde panis optimè fermentatus minus craßum alimentum parat, gignit, amigdalæ verò & fistici calidi, & humidi attenuant, & humectant, & calefaciunt frigidum succum, auelanæ etiam,*

*sed an recentes, vel veteres profecto recentes magis humidæ, & minus calidæ, & siccæ, veteres minus humidæ, & magis calidæ existunt, vt statuit Galen. 2. de aliment. fac. cap. 28.* auelanæ, nuces ponticæ dictæ magis nutriunt, quam regiæ, & recentes virides magis humidæ & adstringentis qualitatis minus expertes, & siccæ in aqua maceratæ facultatem adsimilem viridibus possident, amigdalæ autem nihil prorsus adstringentis facultatis habent, sola enim attenuandi, & detergendi potentia in eis præpollet, qua tum viscera purgant, tum humores e pulmonibus, & thorace, sputis expectorant.

Auelanæ.

2. de alim. fac, c. 28

Amigdalæ lib. de atten. cap. 10.

## SENTENTIA XCVII.

### *De Podagra.*



*VR Podagra, quæ est dolorosus tumor iuncturarum ab humore ibi collecto, & corrumpente sensoria tactus partium neruosarum, qui in mediocritate primarum, & secundarum qualitatum tangibilium consistit, vt plurimum gignatur ex humore calido descendente ad pedes, & indè apostementur? vt tumidi, & inflammati euadant? hæc Auenz. quæ acriter sunt animaduertenda.*

97. Quid podagra.

Sensorium tactus quale.

## *DILVCIDATIO XCVII.*

*An semper vel principaliter auctor, & origo podagræ est sanguis, & bilis à prædominio, vel si non à prædominio, semper tamen vt vehiculum pituitæ, & melancholiæ exerciāt? præter hæc instat imbecillitas hereditaria, uel ad scititia articulorum, semper ab humore calido, raro à tenui & aquosa pi-*

97. De podagra. Causę podagrę tres pars nerdens, recipiens, humor.

*tuita simplici, quæ vt tenuis fluere valet ad pedes, vel per venas, & arterias, vel per cutaneas, & musculosas partes, & ibi collecta prçternaturam incalescit, et in tumorem copiosa attollit pedes, & ibi etiam, ut calida calore extraneo maiorem molem acquirit, maiusque spatium desiderat, hoc pacto membranas uiolenter distendit, & acuitate mordicat, soluitque & disiungit unitas partes contiguas, et continuas & sensorium primarum, & secundarum qualitatum tangibilium mediocre çquale, & symmetrum & humanæ naturæ accommodatum naturalique uoluptati, excellenter corrumpit, & dolorem parit, ac puluis pirrhicus, qui maius spatium occupans diruit, & frangit sibi obiecta, & pugillum aquæ decem aeris, unum aeris decem ignis producit, ita aquosus humor & cçteri, dum calefiunt in loco uaporosam substantiam, uel igneam, uel aeream, & tenuem acquirunt, & sic maiorem molem, & locũ necessario occupare conantur, hinc dolorosi terrçmotus, & bombardici strepitus ægrotantium, hinc cruciatus acerbissimi, hinc luxationes articulorum, hinc impedita motionum operatio; hinc Gypseæ, & Tophaceæ saburræ.*

Cur & qũo oriatur dolor & voluptas.

Simptomata sequẽtia podagram.

## SENTENTIA XCVIII.

Ex loco citato.

### *De Podagra inuadente homines cursores, & paruos pedes habentes.*

98. De podagra Cur paruos pedes habentibus & cursoribus contingat.



*VR Podagra inuadit, & præsertim* calida, homines potissimum paruis pedibus constructos, & superflue præter consuetudinem ambulantes? *inquit Auenz.* paucos vidi cursores, qui uiuant ex arte illa, qui non patiantur hanc ægritudinem; *oppositum sanè contingere deberet, qui*

*par-*

*paruos habent pedes, etiam fortiores eos obtinere debent: unita enim uirtus magis excellit, si currunt, si ambulant superfluè ergo desiccant pedes, & excrementa.*

## DILVCIDATIO XCVIII.

*An fortasse ex nimio labore, & cursu inordinato in superuacanea ambulatione imbecillitas pedum oritur, calor dissoluitur, & neruosarum partium languor exurgit? vndè facilius excrementa recipiantur, eò magis cũ pedes à fonte caloris maximè distent, facileque frigefiant, & præsertim neruosæ partes, & eę, quę raritate pororum configurantur, ob motum, cursum, & ambulationem, paruos habentes pedes non correspondent cęteris membris, habitui, & conformationi corporis, quia si essent cęteris partibus conformati, porrò non uocarentur parui, sed mediocres, tales igitur sunt prȩter naturã, & præter naturalem conformationem, at esto esse naturalem paruitatem, & coadęquatam reliquis membris, attamen paruitas pedum defectum materiæ ex qua, & caloris, & principij efficientis vnde motus, ostendit: hi defectus imbecillitatem natiuam, & aptitudinem passibilitatis & promptitudinem patiendi præmonstrant, meritò cursores ambulantes superfluè præter consuetudinem, & pedibus paruis conformati podagra pro maiori parte vexantur.* 98. Cur & quõ cursus, & labor generet podagram. Pedes parui, qui vocandi. De cursoribus. Q. Solutio.

## SENTENTIA XCIX.

### *De Podagra.*

CVR *inquit Auenz.* podagra poteſt etiam euenire ex humoribus non acutis, & primum quod euenit eis, eſt dolor, & deindè incraſſantur, & caleſiunt? Podagra.

## DILVCIDATIO XCIX.

*An humor frigidius, et humidus aquosus, non acutus, vel melancholicus prędominans, vel pituitosus excellens cum vehiculo tenuis humoris dolorem primo inducit frigiditate distēperante crasim, & temperiem membrorum neruosorum copiaque distendente musculosas partes, & nerueas, postea e nimia copia apparet tumor; causa fluxa, tertio ibi præter naturā in loco, & poros angustat, copia nequit ventilari, nec perspirare, et tunc incipit præuiam alterationem putredinis acquirere, nam calor natiuus, & influens non ventilatus magis accenditur, & calefacit pituitam, adde naturam semper emittere sanguinem, & spiritum ad dolorosam partem, quasi ad tutelam; vnde maior fit calefactio, & tumor ex concursu sanguinis, & spiritus influentis. sed dubitatur, an primo semper dolor oriatur, secundo tumor, tertio calefactio, quia minimè verum esse videtur, sed potius* dum pus fit, dolores, & febres fiunt; *pus conficitur, deinde dolor excitatur, & febris tertio insurgit, aliquādo primo inflammatio nascitur & hæc dolorem parit, tertio e contra aliquando contingit, dolor primo oritur, & secundo loco hic parit inflammationem, frequenter dolor nephriticus, & colicus primo vexat, & deinde partes dolore attrahentes succos, et sanguinem, et spiritus, obsessæ inflammantur: uarios igitur habet ortus, et triplices, et prioritates varias, et diuersas causas, et loca affecta; his hoc pacto constitutis cum hac triplicitate ortus, varia loca Hippocratis Galeni, et Aetij de ijs inter se dissentientia concilientur.*

Modus generationis podagrę.

Dub. an primo dolor oriatur an tumor.

Primus Modus. Primo.

Solutio Q. ex vario ortu causarum.

Secundus.

Tertius.

Solutio.

SEN-

## SENTENTIA C. Ex loco citato.

### *De Podagra.*



VR si podragicus tumor e dominio acuti humoris excitetur, *vt bilis, pituitæ salsæ sanguinis biliosi, melancholiæ torridæ calidæ & siccæ acutus humor dicitur calidus, & siccus? qui cito, & cum velocitate mouetur, alteratur, & accenditur? cum calidi, et sicci tales sint, & ignei, atque aereij* prohibet *Auenz.* vnctionem, sed tãtum superponit farinam hordei cum succo ad stringenti poligoni, ciperi, mirtillorum, agrestæ? Podagra. Cur in calida podagra inunctio probibeatur, quæ, & qualis?

### *DILVCIDATIO C.*

*An vnctuosa omnia facile ignescunt, & inflammantur, atque augent calorem, & dolorem podagricum, humoremque magis acutum reddunt? sed farina hordei cum succo plantaginis, semperuiui, portulacæ, refrigerat, attenuat, & refrenat acutiem, & cur euacuat hos humores* cum sero caprino coagulato lacte ficus, tamarindorum, & scammonio? *an vt copiosus, & præter naturã, & coniunctus, & antecedens eget euacuante, quod etiam attemperet acrimoniam?* De inunctionibus in podagra. Cura. Dub. de purgante? Solutio de purgãte

## SENTENTIA CI.

### *De Podagra & ambulatione.*

C*VR dicit Auenz.* præcipe infirmo podagrico parum ambulare etiam post perfectam liberationẽ & cum fuerit sanus, pedes roborare oportet stipticis, & tem- De podagra & ambulatione & remedijs.

Q. quando & quõ ambulatio conueniat.

temperatis calidi tate, & frigiditate, non autem aromatica, quæ accommodata membris principalibus videntur *hepati, cordi, & cerebro: nam motus imbecillem locum semper infirmat: mediocris, aut parca ambulatio sat est ad calorem debilem pedum excitandum, & augendum, si maior fiat, dissoluit quidem calorem, et dissipabit, debet enim correspondere obiecto, quando agendum, & quando sunt administranda roborantia potissimum indicantur à præsente vrgenti reali, & noto, & absente prohibente, prohibebat quidem tumor, & dolor: cum his immunis fuerit æger, tunc virtus partis penes calorem, temperiem, & habitum indicat similibus custodiam, vel à lapsu restaurantia: stiptica uero, & temperate calida muniunt temperiem, calorem, & dum adstringunt laxas partes, etiam tuentur, aromatica uero absque ulla adstrictione non accommodant, nimis enim calefacerent, attenuarent, & inualidum calorem potius dissoluerent quam augerent, Celsus lib. 4. cap. ultimo uidetur hæc documenta præbere circa ambulationem, & motum, inquiens,* cum dolor vrgeat, manu gestari debet æger, deinde ferri; in ambulatione leui se dimouere, & si podagra est interpositis temporibus exiguis, inuicem modo sedere, modo ingredi, conualescens vigilet prima luce; nihilominus in lecto conquiescat, circa tertiam horam leniter vnctis manibus corpus permulcere oportet; deinde ambulare circumcisa omni negotiosa cogitatione, vel actione, tum gestari diu, multa fricatione vti, loca, Cœlum, cibos sępè mutare, vbi triduo, quatriduouè vinum bibit, vno aut etiam altero die interponat aquam: *hæc ex Celso sunt obseruanda, neq; dissentiunt ab ipso Auenz. Hippocr. & Gal. & Aetio.*

Quando agendum

Cels. lib. 4. c. vlt. ambulatio quę qua[...] quando.

De vsu vini & ciborum.

De cęlo mutando.

Sen-

Sententiæ dilucidatæ ex libro Tertio de febribus.

## SENTENTIA CII.

Ex lib. 3. tract. 1. cap. 1.

### *De febribus ephemeris, & situ & forma hipostasis in vrina.*



VR si signa laudabilia apparuerint videlicet hipostasis alba, pineata, & lenis, & æqualis, ita quod in motu vasis cito ascēdat sursum, & cito redeat inferius ad suam debitam dispositionem, & in isto signo nunquam cognoui errorem, quare cum vides hoc, certissimè scias, febrem non redire, *hæc Auenz. nobis reliquit consideranda.*

Tractatus de febribus. De hipostasi in vrina obseruanda.

### DILVCIDATIO CII.

*An cum moueatur vas, & non dissoluitur, rumpiturque hipostasis, validam coctionem præmonstrat, & stabilem vnitamque sursum primo ratione motus, & caloris, & vaporis deberet dissolui, & deorsum etiam à pondere, sed manet integra & natura propria illum locum occupante, & leuitate & grauitate secundum quid manifestè dignoscitur perfectā coctionem huius vrinæ fuisse, si nimis cocta, & adusta potius fundum peteret grauitatem præseferens, si incocta, vel omnino ad fundum iret, vel vaporis & tenuitatis merito altius superficiem vrinæ inuaderet, cuneata apparet, quoniam basis ex crassiori substantia fit, cuspis vero à calore & tenuiori substantia formatur, vt superior sit aerea ferè substantia cunealis: vt in meteorologicis patet.*

De vrina in febribus. An redire febris cognoscatur ex vrina

SEN-

## SENTENTIA CIII.
Ex lib.3.tract.1.cap.7.

### *De febre tertiana duplici, de prasina, æruginosa & vitellina bile.*

De tertianis.
Præsagium de morte quomodo ex situ hypostasis.
Ex colore vrinarũ.



VR in febre tertiana à bile vitellina, vel æruginosa, vel prassina, si vrina viridis, vel nigra habet hypostasim talẽ in medio breui patiẽs moritur; si in fundo citius: si verò in die critica nigra sit vrina absque hipostasi, est signum fortitudinis virtutis expulsiuæ.

## *DILVCIDATIO CIII.*

De vrina nigra in febribus.
Et quid prænunciet.
Ratione temporis & situs, diuque in fundo quæ prænunciat.

*Admirabilis Auenz. longa obseruatione peritissimus certas regulas in praxi nobis proponit: nam hipostasis viridis, aut nigra coctricem debilem nunciat, et impotentem ad transmutandam hipostasim albam, leuem, & æqualem, si in fundo citius moritur æger, maiorem imbecillitatem uirtutis ostendet, quæ non solum calorem, sed neque substantiam, & materiam crassam leuiorem reddere valuit, & calore naturali perficere: in medio posita minus debilem, & inualidam virtutem præmonstrat, quæ coctionem colore, & substantia aggreditur, tenuior enim, & leuior facta suspenditur in medio, & iure mors producitur: quò vero altius, & ad superficiem vrinæ suspenditur hipostasis, seu eneurema nigrum, vel viride; verum si in die critico nigra apparet vrina absque hipostasi bonum: nam facultas expultrix ualide in die bono excreuit, licet concoctrix eam non perfectè elaborauerit, &*

Posita in medio quæ.

In superficie quæ.

Ratione diei critici, vel non quæ.

Vrina absque hipostasi bona cur.

*ad albedinem & leuitatem reduxerit, præterea non omnes hipostasis alba eße debet, nam ratione hepatis, & caloris in eo, quod est membrum rubrum dealbari nequit, neque in splene, neque in substantia renum; in uenis solummodo, arterijs albis, & spermaticis euadit alba: de his in praxi de malignis, & Cosmitore.*

## SENTENTIA CIIII.

Ex lib. 3. tract. 1. cap. 12.

### *De hectica.*



CVR multæ febres fiunt propter debilitatem virtutis, & stultitiam medici, plura cibaria tradentis, quàm virtus ad concoquenda, & digerenda sufficiat, quare ad pondus exhibenda cibaria in febre, & post febrem, & non sunt augenda, nisi quinque diebus transactis, & solum ad pondus aurei, & sic gradatim, quæ si non obseruentur, redit ægritudo. 104. De hectica, & cura. Tempus. De modo cibandi. Cur quinque dieb. Dubitatio.

## DILVCIDATIO CIIII.

*An quinta die transacta quarta, & obseruata dięta, quæ in declinatione febris, fuit præscripta vsque ad quartum diem indicatoriam, & iudicatoriam, tuto si nihil acciderit, poßumus uictus augere et ad pondus aurei, quia sensim, & sensim est addendus cibus, aureus pēdet drachmā vnā, nostris uerò temporibus irrationabiliter uictum instituūt Medici, statim inter initia morbi detrahunt, in statu uero augent eum, quod è contra præceptum paßim traditum ab Hippocr. primo Aph. solummodo in morbis thoracis, Pleuritide, Peripneumonia,* 204. De virtute quintę diei. Cur augenda dięta ad pondus aurei. Cur in morbis Thoracis augeatur cibus in statu.

Ss *Empie-.*

*Empiemate, et ijs qui egent sputi reiectione, augentur cibaria dum virtus maximè laboret in sputis reiciendis, & ualida conseruari debet uideamus modo quid Celsus præcipit libro 3. cap. 5. inquit enim,* si corpus infirmum est, quotidie cibus dandus est, at hora intermissionis integro corpore, multoque magissi continentes febres sine remissione sunt, & sępius eodemdie veniũt, si inter plures accessiones subindè vis corpori deest, si tamen propter infirmitatem necessitas vrget, satius etiam, consistente iam incremento febris aliquid offerre, quam in crescente, satius est instante, quam incipiente, cum eò tamen, vt nullo tempore is, qui deficit, non sit sustinendus: primo aph. 7. 8. 17. si adsit virtus valida, & corruptela humoris, aut magna putredo, multum cibum gratia virium firmarum, at gratia corruptelæ sępe & attemperantem dare oportet: si vero est inualida virtus, parum, & sępè, *non ualet multum conuertere in substantiã nutriti, sępè corruptela eget attemperatione, at aliquando in colericis, uigilijs ardore, anni tempore æstiuo, corpore calido æstiuo atque gracili cogimur in principio accessionis cibum refrigerantem, & humectantem dare, ne fiat ardentior calor, aut in hecticam transeat febris, aliquando etiam in statu propter has causas, quia tunc est nimius uigor caloris extranei, & uires dißipantur triplex quidem est status materiæ concogendæ primus, secundes affectionis, & febrilis caloris, alter tertius symptomatũ ratione materiæ concoquendæ, pro qua oporteret uti tenui cibo, aut nullo, at ratione affectionis, & symptomatum debemus cibum attemperantem exhibere: uerum uniuersale est præceptum Hippocratis & Galeni secundo de ratione uictus 38.* adiectioni ciborum intendendo multo minus, subtrahere vero omnino sępenumero expedit: multus cibus noxas inemendabiles facit, paucus eas emẽdabiliores, nam

Cels. lib. 3. c. 5.

De tẽpore, modoque cibandi.

Ex Hipp. Gal. & Celso.

Explicatio aphor. 7. 8. 17. primæ particolę.

Virtus ualida cum corruptela quid indicat.

Valida virtus quid indicet.

Corruptela quid indicet & qñ virtus debilis cũ corruptela quid indicet.

Et sine corruptela: ita virtus valida.

Tres Anfiis materiæ secundus febris, tertius simptomatum.

Primus ratione materiæ cõcoquẽdæ.

Secundus ratione affectionis.

Tertius ratione simptomatum.

Secundo de ratione vic. 38.

nam & si ægri in tenui victu delinquunt *tũ loquitur Hippocrates de forma victus tenui, pleno, aut symmetro, non de quantitate illius formæ, melius & tutius est ratione virium & materiæ concoquendæ potius in principio vniuersali copiosiorem cibum largiri, quam ob paucitatem exhibitam cogi in statu præbere ob inediam, & virium dissolutionem, grauius est peccatum in principio minus cibi, quam par sit offerre, quam plus, grauius autem in statu plusquam minus, at dum cogimur ratione virium, aut nimij caloris febrilis, timorisque sincopis, aut noui morbi oriundi, aut alterius symptomatis profecto possumus in principio particulari, aut statu exhibere cibum attemperantem frigidum, & humidum, qui vt alit indicatur à viribus, easque restaurat, & inhibet labi, vt vero refrigerat, & humectat, indicatur à calore febrili, squalido, & ab acrimonia, & calore materiæ per contrarium: de his temporibus, & de hoc uictu attemperante disseruit Gal. 2. methodi vltimo & primo de ratione victus penultimo & 4. primi aphor. damnatque in augumento particulari exhibitionem cibi, quia tunc non vigent illa enarrata indicantia, sed potius prohibentia insultant, & vrgent, at si Trincauellius, & Mercatus lib. de Indicatione medic. cap. de quantitate victus & lib. primo epistolarum medic. epistola ad Cananium Medicum asserunt potius in augumento: dicendum Viros istos clarissimos respexisse materiam concoquendam, non autem qualitatem caloris, aut symptomatum, raroque eos in enodandis auctoritatibus Gal. & Hippocr. qui summa cum prudentia animaduerterunt statum, & principium propter qualitates morbi, atque symptomata, non autem ob materiam concoquendam: his animaduersis conferantur in praxi indicationes à uiribus, à morbo, morbiq; causis inter se, & vrgentiori semper Medicus inseruiet, quia modo virtus, modo causa, & symptoma, modo morbus permittit, indicat, prohibet,*

Forma victus, & quantitas victus differt.

Ratione primi quæ victus ratio.

Ratione status quæ victus ratio.

Dubitatio de tempore cibãdi ægros.

De tempore cibandi & forma, & quãtitate ciborum. 11. meth. vlt. 4. 1. aphor. passim.

Mercatus, Trericaueilius.

Salutio q̃siti de q̃n an in principio, an augumento, au statu sint cibãdi ægri & q̃uo cur? Tripliciter rõne materiæ uel affectionis, uel simptomatum.

Nota.

*hibet, contra indicat, hæc tria semper etiam tria producunt permittentia, prohibentia, & Judicantia, Dicit etiam Celsus lib. 2. cap.* 11. vbi febres sunt, satius est eius rei causa, cibos, potionesque assumere, quæ simul, & alant, & ventrem molliant, in vigilijs, quæ plus virium auferunt, & colericis celerius cibus dandus est, itemque eo cœlo, quo magis digerit: ob quam causam in Aphrica nullo die æger abstineri rectè videtur; Maturius etiã puero, quam iuueni, æstate, quam hyeme dari debet, Vnum illud, & semper & vbique seruandum est, vt ęgri vires subindè assidens medicus inspiciat, etiam quamdiu supererunt, abstinentia pugnet, si imbecillitatẽ venerit ceperit, cibo subueniat, *& lib. 3. cap. 6. documenta tradita ab Hippocr. & Gal. recensens ait, etiam in statu morbi, & paroxysmi non ratione materiæ concoquendæ, sed aut ratione virium, aut imminentis periculi, ne febris in becticã, vel grauiorem transeat, cibo attemperante eget*; Vbi vero aut desinunt, aut leuantur, semper quidem incipiendũ est ab aliquo ex materia leuissima, adijciendum vero aliquid ex media, (ratione habita subindè, & virium hominis, & morbi,) ponendi vero ęgro varij cibi, sicuti Asclepiades pręcepit, tum demum sunt, vbi fastidio vrgetur, neque satis vires sufficiunt, vt paulum ex singulis degustando, famem vitet, at si neque vis, neque cupiditas deest, nulla varietate solicitandus est æger, ne plus assumat, quam concoquat; Nequè verum est, quod ab eo dicitur, facilius concoqui cibos varios: eduntur enim facilius; ad concoctionem autem materiæ genus, & modus pertinent; Neque inter magnos dolores, vt neque increscente morbo tutum est, ægrum cibo impleri, sed vbi inclinata iam in melius valetudo est: at potio esse debet magis liberalis, & ante cibum, & post hunc, & cum

Cels. lib. 2. cap. 11.

Lib. 3. cap. 4.

1. aphor. 17.

Not:

Lib. 3. cap. 6.

Tripl. pro cibatione inspicitur, aut rõne viriũ, aut materia concoquendę, aut rõne symptomatum & morbi, & causæ variatur semper.

Ratione temporis.

Cels. lib. 3. c. 6. De modo ciborum vario & quando.

Not. quando non sunt cibi varij exhibendi.

Dubitatio.

Solutio.

De potu.

cum hoc vltra quam sitis cogit: De potione ingens pugna est, eoque magis, quo maior febris est, quanto facilius etiam sani famem, quam sitim sustinent, tanto magis ægris in potione iudulgere, quam in cibo: *hæc sępius memoria repetenda, & relegenda, vt vtilia sępe in praxi.*

## SENTENTIA CV.

Loco citato.

### *De vsu carnium in febricitantibus.*

CVR omnes speties carnis febricitantibus citissimè conuertantur ad putredinem.

### *DILVCIDATIO CV.*

*An vt plurimum caro, vt caro calida, & humida plurimum alimentum, & tale præbet, verum hæc facilius putrescit, vti testatur Arist. & Galenus, & cap. de putredine in praxi de malignis, statutum fuit, & licet carnes sui natura, vt turturum, turdorum, attagenis, perdicis, coturnicis, alaudæ, calida & sicca temperie fruantur, & minime putredini sint obnoxiæ, attamen dum ab humano ventriculo concoquuntur; & ab hepate in sanguinem materialem transmutantur calidum, & humidum, humidiores euadunt, nisi aceto, et acetosis corrigantur (vt mos est medicorum,) qui succos limonum, citri, acetosæ, commisceant, & acetum & omphacium adiungunt; vnde Galenus potius vitulorum, pedes suum, & auriculas & alas gallinaceorum & caponum ægris concedebat, & oua in tertianis dabat, vt hæc tenues succos incrassarent, & bilis acrimoniam demulcerent, hæc quidem* 105 De vsu carniũ in febribus. Primo ad glauc.

*visci-*

*viscida minus putredini accommodata videntur quam reliquæ carnes. adnotent hæc recentiores.*

## SENTENTIA CVI.

Ex lib. 3. tract. 3. cap. 1.

### *De epidemia.*

106. Quid epidemia pestilentialis. Auic. lib. 4.

Cura pestis.



*VR in epidemia pestilentiali, quæ est vulgaris constitutio ab aere, vel cibis contagiosa, vt plurimum perdens, & maiorem partem hominum occupans, in illa regione, uel ciuitate,* frigidis, & siccis aperientibus, & abstergentibus *Auenz. utitur*? secat venam, medicamentum purgans exhibet? alterantia bezoartica, bolum armenam, terram sigillatam, mithridatium administrat? immo cum medicamentum purgans bis eduxerit, supersedit duobus diebus à medicamento purgante, & cur carnes omnimodè tempore illo vetat? *hæc sunt omnia in praxi animaduertēda, hæc sunt documenta peritissimi Medici.*

De sectione venæ. De alterantibus Bezoarticis.

De purgante.

### *DILVCIDATIO CVI.*

106. De pestilentia & eius cura.

Maligna putredo quid, quotupl.

Quæ indicet & requirat.

*An cuncta remedia ab indicantibus præsentibus, &, absentibus, prohibentibus petenda? & urgentiori causæ, uel morbo, uel symptomati uel uirtuti accommodanda? omnibus, an pluribus, an unico tantum præstantiori? calida, & humida, sordida putredo in excessu ad ferè quartum gradum maligna, magna, excellens, & pestilens uocatur, priuata, uel uulgaris, quæ profecto indicat frigida, & sicca aperientia tantum ut euentetur calor humorum & uniuersi corporis, abstergentia, ut sordities remoueatur his sordida emundantur,*

*copia*

*copia sanguinis euacuanda, & magna eius affectio uberrima minuenda, motus reuellendus, humor uero alienus à sanguine magnopere lędens, substantia, copia, qualitatibus, atque motu, purgante medicamento educendos: tandiu tardandæ sunt euacuationes, quamdiu uires restaurentur. Celsus lib.* 1. *cap. ultimo & caro excitatur propter aptitudinem ad putredinem, nisi omnino acidis correcta manducetur, & præsertim in Hispania (semper quidem mos, regio, tempus anni, ægri ætas, consuetudo, natura et complexio spectanda ueniunt.) Celsus etiam lib.* 3*.cap.*7. desiderat propriam animaduersionem in pestilẽtibus febribus, *dicit* propriam, *quia singularem & specificam curationis normam desiderant, imo Galenus in meth. aliam dicit normam curandi has febres esse, ut alias putridas ergo*: in his autem minimè vtile est, aut fame, aut medicamentis vti, aut ducere aluum: si vires sinunt, sanguinem mittere, optimum est, præcipuèque si cum dolore febris; si id parum tutum est, vbi febris, aut tenuata est, aut leuata vomitu pectus purgare, maturius in balneum ducere; vinum calidum, & meracius dare, & omnia glutinosa opus est, & auxilia maturius cum quadam temeritate rapienda sunt, *quia huiuscemodi tempestas exigit: in puero maiora, quàm in uiro auxilia: in ardenti febre, aqua & oleo inungendus æger, refrigerandus,* vomitus si pituita in stomaco coijt, olus frigidum, & pomum, ptissana, alica, hordei copiosa aqua præstanda Post quartam, vltra satietatem, nisi pręcordij tumor sit, aut in pulmone, thorace, vlcus, aut alui profluuium, aut tussis; (*cur dicit* omnia glutinosa) *an quia minus nutriunt, & per aluum secedunt facilius, (teste Gal.* 3. *de alimentorũ fac.* vinum calidum in declinatione vtile quidem est ad sudorem prouocandum, cum febris tenuata est, 1. *minior facta*, tenuior subtilis idest *exigua*, & leuata, *idest leuior*

Humor excrementitius lędit substantia, quantitate, qualitate motu &c.

Cels. lib. 1. c. vlt.

Caro.

Quæ consideranda in exhibitione medicamenti cibi, & chirurgicæ materia.

Lib. 3. cap. 7.

Cur febres pestilẽtes desiderent propriam & specificã curationẽ distantẽ ab alijs.

Primo de diff. feb.

Indicationes in feb. pestilentiali.

Not.

Dubitatio an glutinosa. cur.

Solutio.

De vino calido.

Signa declinationis.

*uior facta minor mole, quantitate, intensione, & extensionè febrilis caloris, et noxæ, imo leuamen attulerit, tunc declinat*
Vomitus. & vomitu pectus purgat vinum calidum exhibet, & meracius, & glutinosa omnia, *rationabiliter indicata ab indicantibus: purgatur quidem vomitu primo stomacus, secundo hoc emundato, & inanito pectus liberalius respirat, & excrementa coaceruata ambitu, & tussi expurgat. In pueris deinde* aluum ducit aqua, vel ptissanæ cremore, orizæ
Quæ leniant aluũ. *cremor cum adipe sua vnctuositate siccitatem orizæ attemperat, aqua copia & humiditate detergit, & fibras retentricis laxat.*
Aqua copiosa in declinatione. *In conualescentibus, & inclinata febre potius humectantibus substantifici reprimatur*, ferè quos ratio non restituit, temeritas adiuuat: *quid his vtilius in praxi exquirendum? sed de his febribus malignis & pestilentibus librum practicum in lucem edimus multos abhinc annos.*
In conualescentiã. Q. Cels. lib. 3. cap. 9.

## SENTENTIA CVII.

Ex lib. 3. tract. 3. cap. 1.

### *De epidimia pestilentiali.*

207. Q. an in epidemia cur altis in locis, non in planis habitatio.

CVR in febri pestilentiali epidemica ab Aeris corruptione salubrius sit morari in solario, & altis domibus, quàm in plano.

### *DILVCIDATIO CVII.*

*Nonnè Aer potius alta petit? & vapor? nonnè plana loca, & ima frigidiora? his tamen Respondendũ Aerẽ altis in*
Solutio. *locis magis moueri, & ventilari, & subtiliorem esse propter reflexionem radiorum & vaporum, nam venti altius potius spirant, vaporesque tenues sursum, crassi vero deorsum tendunt,*

*dunt, & radij solares ad altiorem locum reflectentes valent magis aerem attenuare, quàm plana loca; propè Terram aer crassior, impuriorque est, & si inficitur, difficilius amittit infectionem, sed eam diu conseruat; petit alta vapor tenuior, loca ima frigidiora humidiora, & magis parata putredini, quo spiratius est corpus, eò salubrius,* obesa corpora plerumque acutis morbis, & difficultate spirandi, strangulantur, subitoque sepè moriuntur, quod in corpore tenuiori vix euenit; *si vero pestilentia à celo fureret, & altiora coinquinata euaderent, analogia speciei pestilentia tunc e contra humilia loca habitare conuenit & pura, atque munda: his distinctionibus perspicuum cernitur, tum altiora loca, tum ima in pestilentia fore petenda.*

Not.

Quando alta loca sunt habitanda in peste.

Cels. lib. 2. cap. 1. 2. aph. 14. primo de diff. feb.

Duplex pestilentia à celo, aere.

Quando loca ima sunt habitanda in peste.

Solutio cōciliatio de locis.

## SENTENTIA CVIII.

Loco citato cap. 3.

### *De pane triticeo, fermentato.*



*VR Auenz. in pestilentiali febre ab Aeris corruptione exhibet* panē triticeū bene fermentatum, & aquam, & acetum malaxatum, syclas, & bletas aceto elixat, & carnes omnino damnat?

Q. de pane & alijs in pestilentia de aqua & aceto.

## *DILVCIDATIO CVIII.*

*An in tali constitutione, & tempestate, vt docet etiam Gal. primo de differētijs febrium, corpora sunt præseruanda, & curanda frigidis, & siccis aperientibus, & abstergentibus, non solum medicamentis, sed tenui victu, vt putridus, & pestilens Aer humidus, sordidus, & crassus corrigatur*

Indicationes in feb. pestilentiali. Primo de diff. feb. Auic. lib. 4.

*Tt* *contra-*

*contrarijs, neque coinquinet humores, neque ipsi humores sint vllo modo parati ad recipiendam pestilentiam, & Aeris inquinamēta: causæ præpotenti aduersandum, Bezarticis panis igitur fermentatus triticeus crassum, & humidum alimentū, sanguinem etiam mediocrem format, multum alit, & quod multum, & plurimum sanguinem facit, etiam validè nutrit, & vires vniuersi corporis firmas reddit: Fermentum attenuat, & exiccat, & acetum etiā refrigerat, abstergit, emundat, panis ita confectus omnibus indicationibus satisfacit in pestilentia præseruanda & curanda, eadem ratione sichlę, et betæ commendantur nitrosæ humiditate aduersantes: præterea carnes etiam vllo modo in præseruatione, & curatione conueniunt, plurimum alunt, & humidum & facile putrescibilem sanguinem coaceruant, præbent occasionem putredini, cuius auctor est humiditas; inde facilius in loco calido, & humido putrescibilia putrescunt.*

Panis fermentatus triticeus quę facit.

Fermentum.

Acetum.

Sicla.
Beta.
Carnes.

## SENTENTIA CIX.

Ex lib. 3. tract. 3. cap. 3.

### *De Aere in pestilentia rectificando.*

De aere rectificando.



*VR in* Aere sicco, & calido, & affectibus epidemicis *genitis ab hoc Aere* ophtalmia, asperitate gutturis, sputo sanguinis, fluxu sanguinis hæmorroidalis conuenit aerem rectificare paulatine, & abstinere à medicinis acutis, & etiam in omni epidimia, quoniam non laudantur tales medicinæ in arte medica? obseruent practici.

*DILV-*

DILVCIDATIO CIX.

An hęc caliditas superuacanea orta ob defectum pluuiarum *inducit corporibus caliditatem, & siccitatem, spirituum inanitionem, & motum ad extra, deindè medicinæ acutæ si calidæ & siccæ vehementer exiccant, vt scammonium, colocynthis, atque, etiam calefaciunt, & motum contrarium ad intus reuellunt, quapropter virtus non valet sustinere simul, eodemque tempore hos duos motus contrarios, humores quidem nimis exiccarent, spiritus, & solida membra rarefacerent, non sunt mortiferæ hæ affectiones in tempestate calida & sicca, nam putredinem sordidam non habent adnexam.*

SENTENTIA CX.
Ex lib. 3. tract. 3. cap. 3.

*De Epidimia à potu malæ aquæ putridæ & fætidæ.*

CVR aqua putrida fętida ab immobilitate aquæ, à latinis, à permixtione cadauerum, animalium mortuorum, reique fętidæ, & putridæ epidimiam deteriorem cęteris epidemijs facit? not. Not. Cur deterior, & quæ pestilentia.

DILVCIDATIO CX.

*An aqua est vehiculum alimenti, & permeat vniuersum corpus intro spiritus sanguinem, & viscera contangens, quod Aer præstare non valet, vndè etiam testimonio Galeni Hippocratis & Auicennæ permutatio aquarum in itineribus ma-* Q. De aqua fętida & aere, & cur magis noceat, quàm aer.

*gis ſanitati officit, quàm Aeris, & ciborum, nam alimenta licet praua, vt alimenta transmutantur à ventriculo, & hepate, at acqua non transmutatur, ſed alteratur, non alit, ſed vehit alimentum: at cum in qualibet coctione duo gignantur & ſecernantur excrementa, tenuè, & craſsum, dum alimenta coquuntur in ventriculo, ſegregantur craſſiora, & tenuia mala, tunc chylus ex his factus, & ab hepate allicitus concoctus euadit in ſanguinem, adhuc alia duo excrementa in ſima ſegregat melancholocum, & bilicſum praua quidem, & in gibba etiam duo alia, tenuè nempè Vrinam, & craſſum hypoſtaſim, & ſedimentum ſeu contentum producit: his de cauſis potus aquæ fętidæ, & putridæ deterior eſt quàm Aeris corrupti ſpiratio, & cibi praui comeſtio, & iure deteriorem epidemiam efficit, tactu enim interno coinquinat ſpiritus, ſanguinem, & excrementa omnia.*

Solutio.

Sol. an aer, an aqua deterior ſanitati.

## SENTENTIA CXI.

Ex loco citato.

### *De epidemia ſubitò interficiente.*

De peſtis ſpecie.



*VR dicit Auenzoar*, eſt alia ſpecies epidemiæ, quæ ſubito interficit eò, quod cordi euenit aliquid ex Aere putrefacto, & corrupto, quod ſuæ complexioni, & naturæ obuiat à tota ſui ſubſtantia & natura, ſubito moritur & hoc propter nobilitatem ipſius cordis, cum ſit principium, & finis vitę vniuſcuiuſq; animalis, & dicit Galenus quod non moritur animal, donec cor ceſſat a motu, *ergo deterior eſt hæc epidemia ab Aere, & ſibi contradicere videtur Auenzoar.*

Not.

Cor principium & finis vitæ.

*DILV-*

## DILVCIDATIO CXI.

*An dicendum, velociorem fieri interitum, & syncopim ab aere corrupto, & putrefacto, vel sit sincopis pestilentialis, uel ephemera pestilẽtialis, attamen interficit velocissime, quia respiratione attractus per arteriam venalem penetrat ad synistrum ventriculum cordis, & ibi destruit spiritum, calorem, & facultatem vitalem, supra vero Auenzoar non tantum est loquutus de celeritate, neque comparatio est aquæ, & aeris absolute putrefacti & corrupti secundum substantiam, sed per miscelam vaporum putridorum, & vitiosorum, nunc uero expendit aerem à tota substãtia corruptum, & secundũ substantiam recedentem, non ut simplex elementũ, sed quoddam mixtum, quoniam ut elementum recederet tantum secundum partem idest secundum qualitates, uel si secundum formam, tunc transmutaretur in aliud elementum, idcirco aer à tota substantia contrarius, & aduersus substantiæ cordis ualet attractus uelocissimè interficere:* verum cibus, & potus sunt nutrimenta corporis, *et ut talia licet praua nutriunt, & alunt*, aer verò spiritus generationi confert, *et inspiratus, & expiratus* purus prohibet cor à putredine, *calorem euentat*, & fuligines expurgat, pessimum ergo Cælum est, vt *docet Hipp. 6. epid. & Celsus lib. 2. cap.* 1. quod ægrum facit, adeò vt in id quoque genere, quod natura peius est, in hoc statu, salubris mutatio sit, ex salubri loco in grauẽ prima hyeme, ex graui in eum, qui salubris est, prima ęstate, transire melius est, neque aliud magis tempus pestilentiæ patet, cuiuscunque ea generis sit, quam Autumnus, & austri speciem pestilentiæ auferunt: *test. Auenz. agnoscant etiam medici cor unicum principium uitæ & finem esse, & animal in animali.*

Solutio.

Conciliatio in dictis Auenz.

Solutio.

Dupliciter qũo aer corrumpatur.

Cels. lib. 2. cap. 1 2. cap. 3. sexto epid.

Cels lib 1 cap. 3. Mutatio regionis qñ, & in qualem.

Alex. lib. 1. de causa cap. vlt.

SEN-

## SENTENTIA CXII.
ex lib.3. tract.3.cap.4.

### *De præseruatione à periculo malæ aquæ: de allijs, & cæpis, & de caliditate theriacæ.*

De pestilentia.

CVR allia, & cępę ex Auenz. non remouent nocumentum malæ aquæ, vt alij arbitrantur, sed humores calidos & acutos gignunt, & putrediñe augent?

## DILVCIDATIO CXII.

De cępis, alljis. Theriaca.

Obiectio de Theriaca & allijs.

Solutio.

Not.

Dubitatio. De lacte & piscib. & dulcibus euitandis.

Solutio.

*An licet attenuent, excicentque crassitiem aquæ & putredinem, atque vias aperiant, fortasse multa excrementa violenter ad uiscera, & uenas cruda perducunt, quæ ibi coarceruata obstructione premunt, & sic putredini humores paratos efficiunt? sed quis obijciet, non nè Mithridatium, theriacã ambram Auenz. probat, quæ calidiora sunt? Dicendum hęc medicamenta esse, non autem alimenta, & non gignere humores, vt allia, & cępe, sed potius genitos absumere, & corrigere,* acetum *vero &* aqua, granata, & acida, succique aurancij limonis, & citri *laudantur iustis de causis, dum exiccant, refrigerant, incidunt, & putredini aduersantur:* cur eccitanda in *hac pestilentiali constitutione,* lac, pisces, & omnia dulcia? *An quia* putredini & corruptioni facile subijciuntur, *coma vero* feniculi, & eringi, stecados *optima quidem sunt, & iurè probantur non solum ab Auenz. sed ab omnibus Græcis, & Arabibus: vires enim cordis roborant, spiritus vitales renouant, & putredinem absumunt.*

SEN-

## SENTENTIA CXIII.

### Ex libro 3.cap.3.

### *De vi ſtercoris, & vſu eius.*



VR ſtercus columbini poſitum in compoſitione medicamenti ſolutiui ex aloe ſuccotrino, *agarico, polipodio, radice lillij cœleſtis, ſale, helleboro nigro, ſucco abſinthij, foliorum colocyntidis corrigantur oleo amigdalino dulci, & butiro & ſyrupo ſquinziabin*, habeat vim purgãdi & expellendi ipſam putredinem, & corruptionem aeris, & aquæ fętidæ & corruptæ. De vſu ſtercoris in peſte.

## *DILVCIDATIO CXIII.*

*Hoc medicamentum ſingulari methodo compoſitum ex baſi, corrigente, & adiuuante, atque alexipharmacis, & antidotis aduerſus peſtilentiam nobis tradit documenta conficiendi ſimilia medicamenta, & primo examinandum, ſtercus in quantum ſtercus, vt ipſe narrat Auenz. aſſimilatur ipſi putredini, & vi ſimilitudinis valet ipſam facilè attrahere, & vi maioris actiuitatis euacuare, & expellere, vt ſiccum etiam & calidum eſt, tanquam ignis comburens putredinoſas humiditates: his de cauſis caro viperæ permiſcetur theriacæ, quoniam ſimilitudine totius ſubſtãtiæ formæ ſubſtantialis, & temperamenti primi, & ſecundi allicit venena, & vincit, ſicuti caro vincit ſanguinem, & in ſui tranſmutat ſubſtantiã, butyrum vero habens fętorem, & horribilitatem indẽ proprietatem, & ſimilitudinem trahendi horribilitatem, & putredinem humoris prædicti, aloes ſuccotrinus calidus & ſiccus*

Medicamentum & compoſitio pro peſte.

Stercoris facultas.

Caro Viperę.

Butyri facultas.

Aloes facultas.

Auic. lib. 4. fen. *cus putredini resistit: dicebat Auicenna* summa curationis febris pestilentis est exiccatio, *& per se, & per accidens* Radis lillij cęlestis. *euacuando humores superuacaneos, radix lilij Cœlestis aquosos succos educit, & facultate amara exiccat, detergit, & in-* Sal. *farctus reserat: pariter sal, helleborus niger, succus absinthij,* Helleborus niger. Absinthium. Colocinthis. *& folia colocintidis oppugnant exiccando, & euacuanda pestilitatem, nullum igitur medicamentum præscriptum videtur nisi summa cum ratione indicantium.*

## SENTENTIA CXIIII.

Ex lib. 3. tract. 3. cap. vlt.

### *De Variolis, & morbillis.*



Variolę & morbilli

Sanguis menstruus Duplex.

*CVR variolæ, & morbilli, qui fiunt à sanguine menstruo, videlicet non à menstruo sanguine, qui est excrementitius, malus, prauus singulo mense per vterum à natura tãquam huiuscemodi euacuatus, sed à sanguine menstruo, qui quotidie & semper bonus, laudabilisque à natura demãdatur ad uteri uenas, pro nutritione vteri, & embrionis dum mulier prægnans est,* Duplex sanguis in vtero, & prægnante alens & menstrualis. *Embrio* enim nutritur sanguine probo, & puro vteri, nõ autem menstruali, excrementitio, & mensali, *sed vterino: verum tamen est, sanguinem illum probum vterinum ob contactum sanguinis praui menstrui aliquam labem suscipere,* Not. de sanguine vteri prauo. *& infectionem, vti vasa inuitata, quæ fermentum conseruant, aciditatem, & naturam fermenti retinent, & sic de alijs rebus aquirunt, ita vasa lignea, et dolia vapam mar-* Modus generationis variolarum. *cidum saporem, & noui liquores, & maza absque fermento ibi posito fermentatur, & noui liquores marcidi, & vapidi euadunt, ita sanguis, quò nutritus fuit Embrio contactu sanguinis mestrualis inquinatus postea lactumina, variolas, &*

*mor-*

*morbillos producit, cum natura illam affectionem ebulliens tanquam vinum nouum segregat, & partes etherogeneas separat, inpuras ab homogeneis, & puris: per hæc docet, attestaturque admirabilis Auenzoar eßentiam, & naturam variolarum, causæ efficientis, & modum ante oculos ponit: contactus ille menstrui sanguinis impuri inquinat purum, remanetque in uenis, & membris inquinamentum, quod tandem (præparata & disposita vniuersi corporis analogia) erumpit ebulliens, & feruens in variolas, & morbillos, segregando vti contingit in musto: Arabes Medici agnouerunt hanc veritatem, & eam dilucidarunt magis, quàm Græci, fortasse quia in Hispania, & Africa ob Aeris constitutionē, & ob victus rationem, qua ipsi Arabes vtebantur, variolæ & morbilli magis sæuiebant, quàm in Græcia, temperata Regione, hominibusque parcè, & temperatè viuentibus.* Cur Arabes medici magis, quā Græci de variolis egerunt.

*Sed cur in curatione docet Auenzoar* nullo modo ægris dulcia & salsa, & medicamēta laxatiua esse exhibenda, sed aquam frigidam, & puram, aut aquam hordei, sed tantummodo in declinatione manifesta tamarindos aqua dissolutos aliquibus fore exhibendos? nam maior pars ægrotantium non eget medicamento hoc, neque alio. Cura Variolarum.

## *DILVCIDATIO.*

*An dulcia, vt dulcia calida & humida ebullitionem, & putredinem augent, salsa vero acuitatem, laxatiuū è contrario mouet à circumferentia ad centrum ebullientes humores & retardat, & commiscet ipsos succos? Auicenna autem & alij commendant syrupos de liquiritia, violaceum, acetosum, tunc dicendum, ipsos syrupos, licet saccaro uel melle conficiantur, habere vim refrigerandi, exiccandi, humectandi, abstergendi, attenuandi, aperiendi, propter miscelam ingre-* Solutio de dulcib. Salsis, laxatiuis. Alterantia. Solutio.

*dientium medicamentorum, vt saccarum, vel mel, vel dulcia amplius talia absolute non seruent, imo aqua frigida pura extinguit ebullitionem, dum præsertim pura est tenuis, permeans per vniuersum corpus: tutior aqua hordei extimatur, quæ & refrigerat, abstergit, resecat, sudorem prouocat, atq; in hypocondrijs non moratur, thamarindorum infusio accommodat refrigerando, exiccando, incidendo, adstringendo, & euacuando*, & præsertim in declinatione variolarum *non exasperat, non calefacit, aut retardat ebullitionem iam factam rationabiliter curationem proponit Rasis.* 10. *ad Almans: nobis, quæ agenda ante apparitionem variolarum, quæ debent attemperare refrigerare, alia dum egrediuntur & apparent, quæ debent & refrigerare, & lenire & motum adiuuare, & quæ post apparitionem, quæ magis exiccare valent, detergere: cuncta quidem hæc si accommodatis materijs remediorum Chirurgicis, pharmaceuticis, & diætetecis statutis temporibus administrabuntur variolarum & morbillorum curatio salubrem finem attinget.*

Aqua frigida.
Aqua hordei.
Aqua tamarindorū
Quando agendū.
1. ad Alma.
Agend a primo ante apparitionem.
Secundo in apparitione.
Tertio post apparitionem.

## SENTENTIA CXV.

### *Ex Antidotario Auenz. ad sputum sanguinis, de medicamentis & remedijs.*

Ex Antidotario Auenz.
De sputo sanguinis Et cura.
Vniuersalis praxis de feb. & vitijs particularibus.



*VR in curatione sputi sanguinis* à pectore, & pulmone & phthisi *laudat syrupum adstringentem Auenzoar & electuariū præsertim si non adsit pus, quo apparente potius* amigdalas amaras, semen lini, *& alia detergentia sine acuitate, & exiccantia probat, & vltimo iubet, vt patiens abstineat ab omnibus carnibus, præterquam à pullis gallinaceis, & gallinis* præparatis in tafea alba, vel viridi cum pane bene

ne

ne fermẽtato?& saccarum rosaceum cum pane: caueatque à vociferatione, ira, motu animi & corporis: *hæc Rasis, quæ in praxi maximi sunt momenti: præterea vnum addit considerandum cum tantum in sputo sanguinis prohibet carnes omnes, et in phthisi exhibet gallinas, et pullos gallinaceos.*

Obiecta.

Dubitatio.

## DILVCIDATIO CXV.

*An dicendum in sputo sanguinis ex apertione venarum, vel per anastomasim, uel dyeresim, uel diapedesim propter acrimoniam, & tenuitatem sanguinis, oritur tantum indicatio urgens adstringendi, exiccandi, refigerandi, & attemperandi sanguinem, secta prius uena basilica, has omnes indicationes explet syrupo cõposito de plantagine, uerum quia adhuc ualidæ sunt uires, carnem omnem prohibet, quæ sanguinem gignit copiosum, cum uerò pus infestet in ulcere pulmonis, & ipsum ulcus etiam urgeat, quod non solum exiccationem indicat, sed abstersionem, & repletionem cauitatis exoptat, abstergentia exiccantia proponit, non autem replentia et sarcotica, non potest caro gigni præsente pure, sed remanet, ut alibi aßerit) fouea, & cauitas, cicatrix tantum callosa inducitur: omnes carnes uetat, præterquam gallinaceas, uires enim labefactatæ magis sunt in phthisi, quàm in sputo sanguinis, quæ indicant sui custodiam, concedit autem gallinaceas caanes præparatas uiride taphea & alba, quoniam caro gallinacea est admodum similis humanæ naturæ, & ui pollet glutinandi: taphea autem est ius album, uel uiride cũ coriandris, panis bene fermentatus est leuis, & facile pertransit ad vlcus, & ad omnes uenas eius alimentum, exiccat fermentumque frigidum, siccum, & acidum, saccarum uero rosaceum cum pane præcipit comedi, ut permisceatur alimento, et ut dicit Hippocrates sit medicamentum in alimento, re-*

Solutio obiectorũ in sputo sanguinis idicationes in sputo sanguinis & phthysi. sectio venę alterãtia victus ratio cur carnes prohibet, & quãdo

Cur gallinaceas laudet in phthysi & quando.

Taphea alba & viridis quid sit.

Panis bene fermantatus.

*frigerat, & exiccat, & facilius cum alimento per uniuersum corpus permeat.*

## SENTENTIA CVI.

### *Ex Antidotario in cura pleuritidis.*

De pleuritide. Cura.



*VR Auenz. in Pleuritidis cura* preter sectionem venæ cefalicæ, præbet syrupum compositum iuiubinum, & diureticum, & solũ panem ablutum quinquies aqua, & vnciã vnam tantummodo omnesque carnes euitat?

### *DILVCIDATIO CXVI.*

Cura pleuritidis essentia eius: victus ratio: quid agẽdum, & modus.

Cur carnes prohibet.

Legitima pleuritis

Dubitatio de iuscu lo, & carnibus.

Dubitatio de quarta parte cibi: solutio prima.

*An quia Pleuritis acutus est morbus, & inflammatio acuta pleuræ propè cor cum febre acuta, dolore pungitiuo, & tussi: tenuissimo igitur uictu eget, & pane toties abluto, quia leuiter nutrit, minus incrassat, refrigerat, inflammationi resistit, carnes autem prohibet, quia hæ calorem, sanguinem augent, febrem, atque putredinem, uirtus, cum sit acutus morbus, & propè membra spiritalia, poterit usque ad quartum uel septimum tali perdurare uictu, status propinquus erit, præsertim in pleuritide legitima, quæ oritur à sanguine bilioso collecto & putrescente in pleura. Deinde* brodium exhibet, & non carnes, *tum quia minus nutrit iusculum, & facilius permeat, humectat & expectorat, educitque sputa, atque sputamina, loquitur in declinatione, in qua* quartam partem ciborum præbet, quam consueuerat comedere tempore sanitatis, *an quarto gradu deficit uirtus, & quarta ui potentiæ tãtum fruitur, & hæc quarta efficacis uirtutis, quartam etiam partem cibi conficere potest? uti docebat Hip-*

*pocra-*

*pocrates* quæ breui tempore extenuata sunt, velociter etiam sunt refocillanda: *dicendum Auenz. loqui de Pleuritide ad saniem conuersa, in qua uires imbecilliores, & morbus diuturnior, neque tam acutus existit.*

2. aphor. Secunda solutio.

De vitijs ventris inferioris.

## SENTENTIA CXVII.

### *De Lyenteria & ventris solutione.*



CVR *Auenzoar in Lyenteria, et uentris solutione probat* perdices valdè decoctas scilicet vsq; ad dissolutionem carnium, & vt postmodum condiantur in taphea? & propinentur ad comedendum, & suspendatur ad collum patientis smaragdus, qui descendat super stomacum tanquàm valdè conferens.

De lyenteria.

Cura de carnibus: & smaragdo.

## DILVCIDATIO CXVII.

*An primo sciendum, tapheam Arabũ esse uulgo contusum nostrum ex carne, vel iusculum torculatum, vel expressum e carnibus torculari, vel manibus, à quibus elicitur succus carneus potabilis, primo quidem coquitur caro in aqua vsque ad totam eius consumptionem & dissoluitur, colatur, exprimitur & fit ius, quod appellatur taphea alba, quando in ipsa aqua additur coriandrum, vel herba aliqua viridis, uti acetosa, menta, & tunc uiridis taphea vocatur: exhibetur igitur taphea confecta e perdicibus vulgo pernice & starna, natura hæc Auis calida, & sicca, facilis coctionis, & probi alimenti, vires restaurat, stomacum imbecillem calfacit frigidum & humidum, bene decocta indicatur à virium languore, qui facilius vincit liquida, quàm solida, in taphea, quæ partim à fluxa.*

De lyẽteria & eius cura. quæ victus ratio.

Taphea alba, viridis quid sit.

Quid agendũ. perdix & eius facultas.

Modus agendi.

*fluxa materia, & fluente indicatur & partim à virtute; equidem fluens humor frigidus, & humidus, indicat calefaciens, & exiccans, vt fluens verosistens, & incrassans, & succus ille carneus torculari, vel manibus strictè compressus potabilis tantum, non solum vim habet calefaciendi, & exiccandi, sed incrassandi magis, quam caro ipsa simplex cocta, vel iusculum, iure igitur hos omnes scopos animaduertens Auenzoar in medium affert hanc tapheam perdicum, neque esset improbanda taphea ex turturibus; ex his adiscant iuniores priscis temporibus esse inuenta consumptiua torculata, lac carneum & similium: secundo remedium medicinale alterãs manifestè & à tota substautia proponit smaragdum, qui virtute adstringendi refulget, quatenus frigidus, & siccus acerbus exultat, ab humore fluente indicatur, dum formam, & intrinsecam substantiam aduersam veneno possidet, & reluctatur à tota substantia pestilenti, locus cui applicetur hoc amuletum, indicatur à subsistenti loco affecto, idest stomaco, quare ipsi est admouendus, vt agens per contactum realiter agat: quando agendum indicatum ab vrgente præsenti, nempe ab humore fluente præter naturã, vel chylo in stomaco: à pluribus quidem laudatur smaragdus in profluuijs, sed potissimum sanguineis, cuius manifestæ qualitates primæ, & secundæ refrigerant, exiccant, incraßant, & spiritus vitales tuentur à tetris & pestilentibus uaporibus, qui cor uiolenter impetant, at eius substantialis forma primus Auctor omniũ operationum eius, & eße in actu conseruat & dat, summæ efficaciæ est in agendo, & colluctando aduersus uenena.*

Q. cur succus carnis ex pressus magis incrasset quam caro, vel iusculum simplex.

De resumptiuis ab antiquis confectis.

Smaragdus q̃uo est eurretilis, & q̃n.

Amuletum ubi.

Quando agendum indicatur.

SEN-

## SENTENTIA CXVIII.

### *De retentione Vrinæ & fractione lapidum.*



VR in retentione vrinæ à lapide Renum, vel vesicæ, si renes, pecten, & illa inungantur pinguedine cati, vrina prouocabitur, & lapides frangentur, exhibito etiam electuario confecto ex cortice melonum, seminibus communibus, mastice, pastinaca, scorpionibus adustis, lapide iudaico, lapide spongiæ ana partes æquales, cum syrupo saxifragiæ fiat electuariũ secundũ artẽ *hęc Auẽz. optimum quidem & recte consultum medicamentum ex basi, corrigente, & adiuuante, frangit quidẽ lapides, & educit, sed uias etiam emollit, doloremque lenit.*

De vrine retẽtione Fractione lapidum.

Pinguedo Cati.

Electuariũ ad frangendum lapidem.

### *DILVCIDATIO CXVIII.*

*An huiuscemodi electuarium cortice melonum, seminibus communibus dolorem lenit, uias humectat & aperit scorpione, pastinaca, lapide iudaico, & spongiæ frangit, corrodit, & disiungit, mastice roborat membra, & uiscera, & syrupus saxifragiæ uehit hæc omnia: ceterum illa cati pinguedo partim manifesta, ut calida, & modicè sicca tenuium partiũ tranat, & humectat, uias reserat, & dissoluit, colliquat humores ibi congestos, atq; etiam, lapidem, partim abditè operatur, energiare à forma, nam hæc similis lapidis formæ substantiali existit, & ita similitudine attrahit ipsum, uel dissimilem formam possidet, & ut contraria expellit, nam omne quod agit in aliud, uel similitudine at maioris efficaciæ et actiuitatis, uel dissimilitudine contraria phisica, aut methaphisica operatur*

De suppressione vrinę & cura ex electuario ad hanc: Examinatur cõpositio electuarij, & cura.

Pinguedo cati.

Facultas agentis quæ similitudo, & dissimilitudo quæ, & quotuplex.

*laudat*

Terebentina.

*laudat etiam Auenz.* Terebintinam cum aqua saccari *tanquàm maximè accommodatam* lapidis fractioni, *saccarum quidem ducit, attenuat, & emollit, Terebintina aperit, exiccat, detergit, attenuat & unitam disiungit penetrando, & humiditatem absumendo coniunctiuam partium inter se frangit & dissoluit.*

## SENTENTIA CXIX.

### *De febribus cholericis, & synochis.*

De febribus colericis, & sinochis.

Et carum cura.



*VR Auenz.* in his febribus colericis, & synochis summoperè probat micā panis pluries abluti aqua cucumeris, citruli, & anguriæ ad vncias duas cū pauco aceto, & cuncta infrigidata puteo, vel niue; *immo asserit*, si aliqua calida actu propinaueris, inde æger non modicum recipiet nocumentum.

## *DILVCIDATIO CXIX.*

Quid agendum.

*An tempus anni, regio, ægri consuetudo & uirtus stomachi spectanda sunt naturalia, & non naturalia ægri animaduertenda pro recta curatione, hæc quidem prohibere ualent, uel permittere actu frigida, quæ indicantur à febre synocha, & tertiana, & causa earum sanguine feruescente uel putrescente secundum portionem tenuiorem, uel crassiorem, uel secundum ichorosam portionem segregatam à feruore, aut bile putrescente. panis igitur ad uncias duas tātum ablutus toties illis aquis, & aceto irroratus, vt alit, indicatur a viribus, ut refrigerat à febrili calore, & putrescentis succi, vt incidit, attenuat, exiccat à putredine, & vijs occlusis: his omnibus satis-*

Panis ablutus, &c. quid, quantum quo modo Not. Cur.

*satisfacit cum pauco aceto ad refrigeratione & penetratione: quantitas duarum unciarum à quantitate virium, & permittentium expetitur; Præterea addit Auenzoar in curatione harum febrium vnum adnotandum, quod hodiernis temporibus neglectum diuturnas febres protrahit, inquit,* esse carnes omnes euitandas, *fortasse ob plures causas superius enarratas; proponit tamen syrupum refrigerantem, & modicè humectantem cum incisione, & aciditate, & iure hæc documenta propalat, de quibus etiam in praxi nostra vniuersali de malignis satis ample dißeruimus, & etiam de variolis, & morbillis*. Recipe florum Nenufaris, violarum, sandali an. vnc. 1. aquæ feruentis libr. vi. fiat. inf. per diem, adde aquæ cucumeris saracenici libr. 2. saccari lib 2. m. f. syrupus s. ar. cuius vnc. 5. cum aquæ frigidæ vnc. 2. 5. & agresti vnc. 1. summopere opitulatur pariter aqua hordei infrigidata in puteo, vel niue, *notandũ Auenzoare uti tantum semiuncia eius syrupi cum quinquies tanto aquæ & vncia agresti, quoniam dulcia bilescere solent, & hæc febris eget maxima infrigidatione, & humectatione actu, & potentia: si virtus spirituum, caloris stomachi, carnosique generis compati valet, acetum additur tum quia permeare facit, tanquam vehiculum, aquam ipsam, et panis substantiam crassam & viscidam attenuat: verum quantitas pauca administratur, quia non basis est sed vehiculum, & adiuuans indicatum à substantia panis & aquæ, corrigit crassitiem panis, & aquæ cruditatem, nam (teste Hippocrate) aqua in hypocondrijs morari solet, acetum vero eam per venas, & ambitum ducit, & hac de causa magis humectat, & refrigerat, demum syrupus colericis febribus describitur rationabili methodo Recipe* capillorum ven. sem. melonis, cucumeris, sandali, eupatorij ana. vnc. 1. florum nenufaris, violarum an. vnc. 5. masticis drach. 2.

Quantitas. Not.

Cur euitatio carnium.

Indicationes.

Syrupus ad tertianas & sinochos. Recipe. Not.

Infrigidatio cum niue, puteo.

Quantitas: modus diluti, & syrupi. cur.

Dilutum in maxima copia.

Syrupus in minima.

Quantitas cur.

Admirabilis syrupus ad febres colericas. Recipe.

aquę feruentis lib.20. per noctem macerentur, deindè ebulliant ad consumptionem medietatis, & colentur, colaturæ adde saccari lib.v.aceti lib.1. mannæ & Tamarindi an, vnc. 3. decoquantur ad spissitudinem syrupi; cuius dosis vnc.2. cum octo aquæ exhibeantur. *Profectò Auenz. nobis dilucidam doctrinam cõponendi medicamenta instituit; sunt quidem hæc & quid agendi, & quantum, & quomodo rationabiliter instituentia, vtinam hanc doctrinam imitemur.*

Examen syrupi, quantitas, modus.

## SENTENTIA CXX.

### *De cura febris pituitosæ.*

De cura febris pituitosę.



CVR aquam tepidam *exhibet Auenz.* cum syrupo & panem optimè fermentatum infusum in iure pullorum, vel perdicum, vel turturum perfectè decoctorum? *& pro potu aquæ sex uncias cum vnc. 5. syrupi videlicet confecti* ℞.ireos, rad. dauci, apij an. drach. 10. centaureæ minoris, ceterahcan. drach. 3. aquæ feruentis lib 12. per noctem infundantur deinde saccari, & mellis an. lib. 3. *& fiat syrupus s. a. Basis calefacit, exiccat, et abstergit vt centaurea, Ireos, mel, daucum, apium vehunt.*

Policrestus syrupus ad feb. quotidianas.

### *DILVCIDATIO CXX.*

*An aqua tepida indicetur à pituita frigida & humida, & à virtute stomachi frigida? eo magis, quia corrigitur à syrupo, et satisfacit indicationi à febre, et à causa; panis vero infusus in iure indicatur à viribus, quatenus magis nutrit, & virtus, cum febris sit cronica, eget maiori custodia, vt*

Cura quotidianæ febris
Rectus vsus materieiũ examinatur.

*vsque*

*vsque ad uigorem perdurare valeat, deinde uim habeat calefaciendi, & exiccandi; præsertim* turturum, & perdicum: *documentum bene, & perfectè concoquendi carnes præcipitur, vt ius validiori alimento, & viribus præstet, deinde optimè fermentatus panis nonnè magis attenuat, & incidit pituitam craßam, & viscidam? quare merito Auenzoar in his administrandis & febrem & causam, & vires animaduertit, & omnia hæc sunt indicata, & à viribus, & à materia pituitosa putrescente, & à febre, recta horum administratio quantum, quomodo, quando & vbi, à consequentibus essentiam indicantium desumpta antè oculos collocantur ab Auenz. & hæc semper à Medico practico obseruari debent. Celsus lib. 3. cap. 13. in his febribus hanc sententiam profert,* triduo primo magnopere abstinere oportet, tum cibis altero quoque die vti; si res inueterauerit; post febrem experire balneum, & vinum, magisque si horrore sublato hæc superest, *profecto cum stomachus in febribus quotidianis & pituitosis testimonio Galeni primo ad Glauconem imbecillis langueat, excrementa pituitosa coacernet, primis tribus diebus iure abstinet à cibis, nempè solidis, non tamen inedia vtitur, alternis vtitur, quia sorbitiones vtiliores, faciliores que concoctu existunt.*

Turturis, & perdicis ius.

Panis fermentatus

Tria indicantia & tria indicata.

Vsus materię remediorum à quibus indicetur.

Cels. lib. 3. c. 13.

Balneum, vinum.

## SENTENTIA CXXI.
### *De cura febrium melancholicarum & Quartanarum.*



*Vartanæ febres cũ ab humore melancholico putrescente vel extra venas, vel in venis originem ducant, variæq; sint humorum melancolicorum species harum febrium auctores, cumque vel simplices, vel compositæ, vel legitimę, vel spuriæ existant,*

De cura febrium melancolicarum & quartanarum. Species variæ quartanarum.

docte *Auenzoar hunc syrupum proponit*. Recipe florum linguę bouinę, ireos an. vnc. 2. florum camomeli, radicis tamariscis an. vnc. 1. iuiubarum vnc. 4. sem. melonis vnc. 5. rad. capparis drach 4. masticis drach. 2. aquæ feruentis lib. 18 macerentur deinde coquantur ad medietatem, & colentur, colaturæ adde saccari, mellis, succi pomorum, succi granatorum dulcium an lib. 4. f. syrupus s. a. Dosis vnc. 2. cum aqua tepida; regimen eius sit panis benè fermentatus cum taffea alba, vel viridi dimittendo omnia acetosa: *hæc Auenzoar*.

Syrupus pro quartanis admirabilis.

Modus vtendi syrupo.

Not.

Victus.

## DILVCIDATIO CXXI.

*Hunc syrupum composuit, et nobis regulam tradidit componendi, & medendi quartanas febres, quoniam syrupus ille omni ratione, & experientia constructus, & humorem melancholicum alterat crassum, & terrestrem, & concoquit, & depurat, eius putredinem tollit, uias deobstruit, uentriculum, & lienẽ roborat, & viscera omnia mastice: aqua tepida succum melancholicum siccum, & iam putrescentem adequat, flos linguæ bouinæ, ireos, flos camemeli, rad. thamarisci calefaciunt, attenuant, emolliunt, iuiubæ & semina melonum etiam calorem febrilem & siccitatem mitigant, radix capparis lienem expurgat, verum panis etiam bene fermentatus & à viribus egentibus alimonia indicatur, & ab humore melancholico crasso & terreo, vt attenuans, & incidens, tafea alba, & viridis cibaria sunt & vitalia, & præseruatiua viribus & rebus præternaturam accommodata, porrò taphea ex iusculo carnium conficitur, quare nutrit, & alterat, vt calidum & humidum, melancholiam frigidam & siccam, aperit, attenuat, viridis confecta apio, & petroselino: acetosa omnia euitat, cum frigida & sicca sint omnino aduersa melancho-*

Syrupi examen. cura quartanę. Indicationes in quartanis.

Victus institutio.

Taphea alba & viridis.

Cur Acetosa euitet.

*lancholiæ frigidæ siccæ, & acidæ:* contraria enim contrarijs curantur & similia similibus cōseruantur: *verū quia magis vrget crassities, terreitas, aciditas, & frigiditas humoris putrescentis melancholici ad indicandum, quàm febrilis calor, minima quantitas iuiubarum & sem. peponum additur: at si quis dicat, lib. primo tract. 13. cap. 5. Auenz. sermonem habens de ægritudinibus splenis* probat acetosa, nunc vero improbat, *cur an quia splen acidis gaudet, & similibus, an vt eo loco statutum fuit, soluitur contradictio, acetosa attenuant non sola administrata, sed potissimum commista calidis satisfaciunt oībus indicationibus: sed hac de re alibi dissertum fuit: videant Cosmitorem meum, & Elucidarium, nec non praxim uniuersalem de omnibus malignis & pestilentib. affectionibus febribus, & uitijs omnibus particularibus.*

Solutio.

Dubitatio de acetosis lib. 1. tract. 13. cap. 5.

Solutio cōciliatio.

## SENTENTIA CXXII.

### *De cura podagræ.*



*VR dicit Auenz. enumerans multas species podagræ* ab humore acutissimo, secundam, à non admodum acuto, tertiam ex flegmate, quartam ex melancholia, & quintam mixtam: sed quatuor illas a prædominio, phlebotomiā conferre omnibus speciebus? *cur non recenset podagram à sanguine? quæ frequenter inuadit, quid proderit sectio uenæ podagræ melancholicæ, & pituitosæ? cum hi humores potius a medicamento euacuationem exoptent, tanquam alieni à natura sanguinis, neque sanguis ulla affectione, & passione magna,* neque propter propriam essentiam, neque propter præstantiam partis, neque propter cachoetiam *ex 4. meth. 6. sit affectus, ut indicet sui euacuationem?*

De cura podagræ & quinque speciebus.

Dubitatio de sectione venæ.

Dubitatio de sanguinea podagra.

Indicans venæ sectionem 4. meth. 6.

*DILV-*

## DILVCIDATIO CXXII.

Solutio de sang.

*An fortaßè non enumerat podagram à sanguine, quoniam sanguis nec substantia, nec quantitate peccans nequit podagram efficere: uerum cum præternaturam euadat, aut substantia, aut copia, aut qualitate, statim exultat humor acutissimus, uel minus acutus, & sub illis speciebus recitatur ab Auenz.? profectò uenæ sectio omnibus his speciebus podagræ confert, dum indicans enarratum præsto sit, & uires, ætas ægri, consuetudo, tempus anni, & regio consentiant, etenim in podagra semper est tumor inflāmatorius, et dolor per interual la infestans, & semper humor in fluxu à termino à quo ad quem ad pedes ruit, semperque adest tenuitas humoris, & uehiculum calidum, ut moueatur humor uel per uenas, & arterias, uel per ambitum corporis, & semper in pedibus tumor exultat, & calor accenditur ab humore collecto, qui saltem incalescit si non putrescit, & corrumpit sensorium partiū sensitiuarum pedis, quod moderata symmetria qualitatū primarum, & secundarum existit, et determinata forma complexionali, & compositionali ut testatur Auēzoares, quæ si dissol uitur tantum corrumpitur sensorium tactricis, & ipsa etiam indicando tactilem speciem deprauatur, & tristem sensationem producit, neque alia tartarea dispositio ex parte articulorum, neq; ex merito humorū excogitāda, quoniā hæc à natura hereditaria, uel acquisita non alia se prodit, quam determinata imbecillitas natiua, uel acquisita illarum partium ad receptionem et generationem excrementorum, neque alia humorum aptitudo, quam fluxilitas accommodata ad articulos, statuit enim Galen. primò de differentijs febrium quarto & sępe Auēz.* actionem actiuorum requirere aptitudinem, & agentis, & patientis, *pestilens constitutio non omnes homi-*

Solutio de sectione venæ.

Permittentia, & signa indicantis.

Quid sit podagra.

Qūo oriatur dolor, & voluptas.

Contra nō nullos nō dari occultam tartaream naturam humorum.

Primo de diff, feb. 4.

*nes,*

*nes, quos tangit, inficit, & inquinat, sed paratos magis & acclines, neque alia est sympathia & occulta uirtus excogitanda in affectibus producendis, quàm hæc admirabilis aptitudo determinata & singularis agentis, & patientis ad illum, hæc est illa naturalis magia, coniunctio actiuorum & passiuorum, hæc est illa* mixtio miscibilium alteratorum vnio, *hæc est illa alteratio, quæ præuia, tandem accommodata, se dirigit ad effectum particularem: determinatum enim ex determinato,* non quodlibet ex quolibet producitur. Contra illos, qui occultam proprietatem in podagra, nefritide & alijs excogitarunt.

## SENTENTIA CXXIII.

## *De Podagra & medicamentis externis ad ipsam.*



*VR Auenz. in Podagra admoueat emplastra, & repellentia, cum hæc ab omnibus damnentur? & in singula specie uidelicet* in acutis humoribus, epithema ex flore camemillę, rosarum, farinæ hordei cum aqua rosacea, ex flegmate vero, ex farina hordei, & pul. cupressi cum aqua tepida quantum sufficit: à melancholia tandem ex vitellis ouorum coctis, flore camemeli, & farina hordei cum aqua tepida?

De podagra & eius cura, de emplastris

Primum in acuta. Secũdum in phlegmatica.

Tertium in melancolica.

## *DILVCIDATIO CXXIII.*

*Per hæc tria emplastra inter se ratione diuersa tribus diuersis speciebus podagræ accommodata admonet Auenz. practicantes, ne (ut mos est) indiscriminatim admoueant medicamenta, & præscribant, sed semper indicata à forma, causa effectrice, & uiribus: nonne diuersa est natura bilis à pituita, & melancholia? diuersa forma podagræ, & doloris, ergo*

Tria emplastra examinantur pro podagra.

Not.

*etiam*

*etiam materiæ remediorum esse debent: hæc emplastra indicantur à qualitate humoris, et natura eius, sed quando agendum potissimum instat à præsente indicante vrgente, & prohibente absente, pletora & cacochymia vetat, quando (igitur vniuerso euacuato & declinante podagra) sunt administranda emplastra, quæ quidem in declinatione humorem iam fluxum absumunt, & pedes roborant, sunt quidem repellentia indicata à materia fluēte à termino à quo ad quem, sed digerentia, et corroborantia indicantur à materia iam fluxa, atque à calore partis & temperie, nam tunc temporis tuto apponi emplastra queunt supra exarata ab Auenz. non autem in principio, aut augmento, aut statu, sed de anodinis quid statuendum? hæc à dolore, & causa doloris expetita quolibet tempore adhibenda veniunt vrgente dolore, & vires prosternente veluti oleum rosaceum, anethinum, Camemelinum, pinguedo anatis, oleum de iesmino, butirum lotum cum aqua maluæ, farina hordei, cum decocto violarum, maluæ, & altheæ: panis triticeus lacte coctus butiro, oleo rosaceo vitellis ouorum & croco.*

Indicantia emplastra. Quando agendum. A quo indicatur. Repellentia. Digerentia. Roborantia. De anodinis quid tempus.

## SENTENTIA CXXIIII.

### Cap. vltimo de Consilio Regiminis sanitatis Rhabi Mose.

### *De vsu praui, vel boni cibi.*

De regimine sanitatis.

CVR omnes sapientes Medici aiunt ex sumptione mali cibi in modica quantitate minus sequi nocumentum, quàm ex receptione boni, & perfecti in quantitate superflua, & magna?

DILV-

### DILVCIDATIO CXXIV.

*An quia praua alimenta in pauca quantitate melius, & perfectius digeruntur & concoquuntur à stomacho, & hepate quàm bona in magna & superuacanea quantitate*: plures interficit gula quàm gladius: *Celsus libro* I. *capit.* I. desidia & luxuria corpora prius in Grçcia, deinde apud nos afflixere, sed bis in die potius, quàm semel cibum capiat, & semper quàm plurimum, dũmodo hunc concoquat, *quare plus nocet repletio panis, quãuis sit optimus cibus, quam pauca comestio ceparum, allij, cucumeris, leguminũ, et huiuscemodi*, imo perfectiora si corrũpantur semen sanguis, lac, *(teste Galeno & veritate)* deteriora euadũt, *transmutantur ab excellenti agente in excedentem substantiam demum etiam propter delectationem*, cibus enim paulo deterior, sed magis suauis *ex Hippocrate* maius affert emolumentũ, quam melior, & insuauior, *tũ propter virtutem expulsiuam, qua non grauata copia facile insurgit ad expellendum superuacaneum excrementi relicti à prauo alimento, tertio coctrix malitiam vincit*, qui autem saturatur superflue, quamuis ex optimo pane, & perfecto & nobilissimis carnibus, & perfectissime apparatis bonam nequit celebrare coctionem, neque laudabilem perficere.

Q. quid magis noceat paucus cibus prauus, vel bonus quantitate excedens.

Cels. lib. 1. c. 1. Et in proemio.

Cur perfectiora transmutantur in peiora quàm e contra.

Solutio.

Solutio q. Auenz. verba.

### SENTENTIA CXXV.
*De ferculis non multis in vna mensa.*

CVR in vna mensa non fercula multa?

### DILVCIDATIO CXXV.

*An vt Celsus testatur lib.* I. *cap.* I famem facilius fert adolescens, quàm puer, facilius in denso Cœlo, quàm

Q. an fercula multa, uel pauca, sint in vna mensa sumenda.

in tenui, facilius in hyeme quã æstate, facilius vno cibo, quam prandio quoque assuetus, facilius inexercitatus, quam exercitatus homo sustinet, sępè autem in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inędiam tolerat: *verum Hipp. & Paulus lib. 1. c. 53. contrariam sententiam videntur afferre: fortasse animaduertentes non comparationem facilitatis, & necessitatis, sed conuenientiam absolutam a natura rei indicatam, hyeme quidem & fortiori exercitatione, pleniori etiam cibo vtendum, est verum in denso Cœlo, & hyeme corpora robustiora facilius famem tolerant, & senes & adolescentes molestiam quamlibet ferunt, sed* vbi ad cibum ventum est, numquam vtilis est nimia satietas, sępè etiã inutilis nimia abstinentia, sępè si quæ intemperãtia subest, durior est in potione, quã in esca, *idest difficilius se retrahit à potibus iucundis, difficilioremq; noxam, duriorem grauioremvè concitat intemperantia potus, & celeriorem, quàm esca, nam citius alit, permeat, & animi, & corporis vires exagitat, & cum magis sensum gustus, & tactus, & oris ventriculi appetitum moueat, difficilius ab ea iucunditate ita uelociter, ac uehementer mouente abstinere poßumus, & idcirco etiam vt velocissimè penetrat, & magis etiam agat,* faciliusq; sit impleri potu, quàm cibo, *morbos, symptomata inducunt: uerũ quid dicendum de ferculis? an quia ex vno ferculo non potest tantum saturari, quod indè valeat ad nocumentum, de quo sit curandum peruenire et variatur digestio ex diuersitate cibariorum, qui igitur sanitatem custodire cupit, temperatis horis diei comedat, Aer enim nimis calidus calorẽ ad circumferentiam allicit, & stomachũ imbecillitat, nimis frigidus constipat & transpirationem excrementorum inhibet, coctionem minuit, excrementa cutanea retinet, quæ retenta aggrauant vires, calorẽ suffocant, refrangunt spiritus vitales, & uiscera omnia altiora impura ob miscelam,*

Celf. lib. 1. cap. 1. Solutio.

Dubitatio. Paul. lib. 1. c. 53. Solutio.

Q. comparatio ætatis, sexus tẽperiei, consuetudinis, aeris, regionis & aliorum in cibis assumẽdis qualib. & quantis.

Cap. 2. lib. 1. Celf.

Q. solutio de ferculis pluribus, aut vnico. Solutio.

Ordo cibandi & regulæ pro sanitate tuenda. aeris nocumenta.

*scelam reddit: Verum quis obijciet, non ne dicit* Hippocrates. Ventres hyeme, & vere natura calidiores: *dicendum, loqui de temperato Aere frigido, non excedente, & accommodato singulis diei partibus, et singulis concoctionibus, non de nimis frigido, aut de nimis calido. frigidus quidem non admodũ excedens, sed proportionatus opem fert calori naturali, & viscerum concoctionibus vti pauca aqua inspersa igni per antiperistasim ipsum intendit, & auget, at nimia suffocat & extinguit: ita de frigore, & calore comparato humano corpori, sanè quidem similia similibus gaudent, aut modicè contrarijs, non autem vehementibus & in excessu: ætas, temperies, corporis habitus, tempus anni, regio, victus ratio semper inuicẽ mutuo ad tutelam se consequi debent, vt sanitas præsens similibus conseruetur, sicuti contraria cõtrarijs debellãtur &c.*

Obiectio ventres hyeme calidiores. Solutio & explicatio aphorismi. 1. aphor.

*Verum si quis recte ex instituto Gal. in sex lib. de tuenda ualetudine, &* Hip. *lib. de arte, &c. uoluerit sanitatẽ longeuam conseruare, temperamentum natiuum, ætatem, tempora anni, & constitutionem primo animaduertet; quibus accommodata similia vsurpabit, vti in prima sectione Aph. documenta reliquit* Hipp. *eliget enim sibi aerem similem, domum, cubiculum, regionem, cibum, & potum somnum, & vigiliam, inanitionem, & repletionem, exercitationes corporis, animi passiones moderatas, venerem & similia, quæ & temperamento, & ætati, & tempori anni correspondeant, alia enim requiruntur in puerili ætate, in temperamento calido, & humido, in vere, quã in æstate, tẽperamento calido & humido, ætate iuuenili, alia in viro, alia in sene, in Autumno, & hyeme temperamento frigido, & sicco; vel frigido & humido, pro quibus mediocriter conseruandis, & tuendis potissimum sint eligendæ materiæ gymnasticæ et diætæticæ, de quibus Gal. in lib. 6. de tuenda valetudine, & 3. de alimentorum faculiatibus, de salubri Dieta, & de victu attenuante tractau t, &*

Consiliũ pro tuenda sanitate. Q. primo considerandæ sex res natu rales. nõ naturales

Quæ obseruãda ad longeuam vitam. in qualibet ætate temperamento & tempore anni.

Indicantia, indicatum quæ; & quot. in tuenda & reparanda sanitate.

*Auenz.*

*Auenz. noster & Celsus in proemio suorū librorum, Materiæ etiam medicinales sanitatem conseruant præsentem, ac delapsam, & deperditam resarciunt chyrurgicæ, pharmaceuticæ, et dietetica sed contrariæ, quas ratione, & methodo inuenire debet medicus elegans, qui ubi desinit Philosophus, incipiat medicinalia documenta agnoscendo, (vt statuit Aristot.* 1. *metaph. non solum naturam humanā genericam, sed specificā & indiuidulem,) & omnes morbosas affectiones experimentaque singularia remediorum materierum analogismo, indicatione, & experientia inueniendo, rectoque vsu vsurpando: Præterea vestibus, ornatu, sermone ægrotantem adiuuare debet*, opportuna *vt docet Hippocr.* 1. *Aph.* 1. faciens, *in dignotione & opere: sed verbis honestis, et accommodatis interrogationibus, non vaniloquio, non ambitione & fastu, non lucri cupiditate, & Auaritia, suadeat quidem ægrum, vt mandata obseruet, adstantesque etiam; nam* non solum Medicum oportet se præstare opportuna facientem, sed ægrum, adstantes, & exteriora, *quia* ars est longa, vita breuis, iudicium difficile, & experimentum fallax, *His si incumbet Medicus elegans, Medicusq; Philosophus addictus ueritati, non verbis & garrulitati, sanitatem iuxta temperiem, habitum, ætatem, & tempora anni similibus placide, & optimè conseruabit, & delapsam contrarijs vtique reficiet, & potissimum si documenta Auenz. nostri elegantissimi Medici, doctissimique Philosophi & in tuenda valetudine, & in resarcienda accurate animaduertet; sicque optatum finem optimi, elegantisque Medici summa cum laude consequetur &* Deo *ex Hippoc. sententia lib. de decenti ornatu,* similis erit.

1. met. 1.

Visitatio ægri qualis, & quomodo.

1. aphor. 1. quæ medicus debet facere. Quæ æger.

1. aphor. 1. Quæ adstantes.

Quę exteriora sint accommodata.

FINIS.

# INDEX SENTENTIARVM

## DILVCIDATARVM AVENZOAR.

# INDEX AFFECTVVM.

## QVI IN HIS LIBRIS TRACTANTVR.

De vitijs vteri.



De Febribus.



De externis cutaneis.

# ELENCHVS RERVM MEMORABILIVM QVÆ CONTINENTVR in Sententijs Dilucidatis Auenzoar.



Am-

Cura-

D

Lepo-

Pestis.

San-

FINIS.

# SERIES QVÆSTIONVM SELECTARVM quæ in hoc tractatu dilucidantur.



Cur

F I N I S.

# Errata in ſententijs Dilucidatis Auenzoar Correcta.

| | |
|---|---|
| pag.4.u.4.materita | materia |
| u.7.prater | pręter |
| 26.corqoris | corporis |
| u antepenult.æqne | ęque |
| p.6.marg. prima lib.2. | cōiungēda lib. 2. ad illa verba c 23. 27. & 29. |
| p.9.u.13.fixa | frixa |
| p.11.u.1.habes | habet |
| p.12.u.penult.marg.hanc | Magi hanc |
| p.13.u.7.obſeuatas | obſeruatas |
| p.16.u.20.iungitur | ungitur |
| p.17.marg.2.loquela | loquelę |
| u.penult.facultate | facultati |
| p.20.u.17.& aduerſatur | ei aduerſatur |
| 24 marg.4.dilectatio | delectatio |
| 27.marg.4.albedini | albedine |
| curigitur | corrigitur |
| 29 u.vlt.refrigerano | refrigerant |
| 30.u.3.cępitis | capitis |
| 35.u.duobus ante penult. alapſis | elapſis |
| ibidē nobilē: iuuenē | nobilem iuuenē |
| 37.marg.6. quele | quale |
| 40.u.2.fomentatus | fermentatus |
| 53.marg.5.ſectiicum | ſectionem |
| 54 u.28. apæ | rapæ |
| 59.u.ult.prædicarum | prędictorum |
| 60.u.3.merabili | mirabili |
| 60.u.20.mitatorem | imitatorem. |
| 62.u.7.tribulentiores | turbulentiores |
| 63.u.9.non totum | nam totum |
| 64.u.11.Hippocrates. | Hippocratis |
| u.18.adhunc | adhuc |
| 72.u.8.interiore | infuſione |
| 75.u.22.aducet | aduret. |
| 78.marg.1. medicato | medicamento |
| 81.u.12.crdi | cordi |
| 82 u.4.vna | vua |
| 83.u.28.guis | pinguis |
| u.ult.anuua | annum |
| 84 u.4.quam genus | quod genus |
| u.17.ui. | ei |
| p.85.u.1.antepenult.aqua | aquea |
| 153.marg.3.2.aph.14. | 2.aphor.44. |
| 146. | 154. |
| 147. | 155. |
| 155.u.18.latinis | latrinis |
| 150. | 158. |
| 158.u.20.eccitanda | euitanda |
| 151. | 159. |
| 159 u.8.corrigantur | corrigatur |
| 160.u.23.inuitata | inuitrata |
| 162.u.3.perueans. | permeans. |

| | |
|---|---|
| 86.u.2.imprimit | imprimi |
| marg.5.nate tur | natet |
| 88.u.11.pura. | picra |
| u.1.ante penult.langet | languet |
| 91.u.2.delent | dolent |
| 94.u.4.non | nam |
| 96.u.15.oleſtra ex cora | olea ex cera. |
| u.21.voris | vocis |
| 100.u.13.carbanem | carbonem. |
| 104.u.11.nam ita probi | non ita probi |
| 105.u.vlt.hydrargicum | hydrargirum |
| 108.u.12.lunæ | lanæ |
| 111.u.penult.venis | uaſis. |
| 112.u.18.coſtione | coctione |
| 118.u.21.quas | quę |
| 119.u.4.ciborum | c.bat |
| marg.4.cibis | cibat |
| 120.u.7 poeſt. | poteſt |
| ibidem tremores | tumores |
| 124.u.penult.acri | aeri |
| 128.u.1.coram | cor |
| u.6.fęuuda | fęcunda |
| u.8.LXXXIII. | LXXXVIII. |
| 135.u.9 pauca | parua |
| 137.marg.vlt.nerdens | mandans |
| u.antepenult.eexorciant | excruciant |
| 137. | 145. |
| 145.u.1.omnes | omnis |
| marg.5.auret | aurei |
| 142. | 146. |
| 146.u.6.magiſsi | magis ſi |
| 24.concogenda | concoquenda |
| 25.fecundes | fecundus |
| marg.8. auſus | ſtatus |
| 143. | 147. |
| 147.marg.6.Trericauellius | Trincauellius |
| p.140. | 148 |
| 148.u.13.vererit. | vereri |
| 141. | 149. |
| 138. | 150. |
| 139. | 151. |
| 151.u.4.educendos | educendus |
| 144. | 152. |
| 152.u.12.ſubſtantifici | ſubſtantificis |
| u.4.ęſtimatuo | ęſtimatur |
| 163.marg 4.gallinaceus | gallinaceas |
| 164.u.3.CVI. | CXVI. |
| 166.marg.3.curretilis. | cur vtilis |
| 169.marg.4.eſt | & |
| 6.caſi | cati |
| u.22.energiare | energiace |
| 169.u.17.Auenzoare | Auenzoarem |
| u.21.acteum. | acetum |